


(2)

ROMANAЕ CORRECTIONIS,  
I N  
LATINIS BIBLIIS  
EDITIONIS VVLGATÆ,  
IVSSV SIXTI V. PONT. MAX.  
RECOGNITIS,  
LOCA INSIGNIORA;

Obseruata à FRANCISCO LUCA Brugensi, Ecclesiæ  
Cathedralis Audomaropolitanæ Theologo & Decano.



A N T V E R P I A E,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Ioannem Moretum.

M. D. C. III.

аніж ви  
затвердите  
м'якоть  
вони

Приємні  
відчуття

Архів

R<sup>MO</sup> IN CHRISTO PATRI  
**IACOBO BLASAE O,**  
EPISCOPO AVDOMAROPOLITANO,  
DOMINO SVO CVM PRIMIS COLENDO,  
FRANCISCVS LVCAS.



T INDE ab ineunte ætate, sacræ Scripturæ lectione pluri-  
mum sum delectatus, R<sup>me</sup> Præful idemque Amplissime  
Domine: ita magnam mihi attulit voluptatem, quod vidi  
superioribus annis, in lucem prodeuntia, Latina veteris vul-  
gataeque versionis Biblia, auctoritate Summorum Pontifi-  
cum, nominatim Sixti Quinti, &c, qui hodie felicissimè se-  
det, Clementis Octavi, à Notariorum mendis vitiisque  
diligentissimè expurgata. Verum quantam hæc res volu-  
ptatem, tantam è diuerso tristitiam animo meo attulit metus, ne, dum variis posthac  
locis hæc Biblia typis cudi recudiique contingeret, foret, ut breui in sublata iam vi-  
tia recideretur. Quamuis enim, ad hoc periculum euitandum, prudentissimè caue-  
rit summus Pontifex, ne quiuis Typographus ea posset excudere: ea tamen est, ple-  
rorumque qui Typographiis præsunt, vel inscitia, ut non agnoscant, vel incuria, ut  
negligant, quod verum est, & inolitis vitiis postponant. Tale quid videmus in Ro-  
manis Missalibus & Breuiariis accidisse, iis præsertim quæ extra hoc Belgium im-  
pressa sunt: simile quibusdam locis fieri cœptum est in his ipsis Bibliis. Dum igit-  
ur dispicio, quodnam efficacissimum remedium huic malo queat adhiberi, ne am-  
plius ea loca corrumptantur, quæ iam dexterimè correcta sunt: visum est mihi, suf-  
fragante Moreto exactissimæ diligentiae typographo (quemadmodum Plantini here-  
dem decet) expediens fore, ut adhibito autographo Romano, quod ille ad me misit,  
colligerem præcipua atque insigniora, quæ in hac Bibliorum editione, à Romanis  
Patribus restituta sunt, loca: & indicata ea quæ reiecta est lectione, ita clarè distingue-  
rem vnam ab altera, ut deinceps nemo non clarè intelligere posset, quæ proba sit le-  
ctio, quæ reproba; quæ textu expulsa, quæ in textum, summi Pontificis, Ecclesiæ  
totius capitii, auctoritate recepta. Nam quamuis, nec hoc quidem modo effici po-  
terit, ne Typographi amplius errent: id tamen fiet, ut non errent si velint; si velint  
inquam Correctorium hoc à nobis collectum consulere: quod si nolint, nec verean-  
tur negligentes relabi in vetera vitia; ut minimum poterunt ex hoc libello negli-  
gentiae argui, & quæ admiserint menda dignosci atque auferri. Sic enim concin-  
natum à nobis est hoc Correctorium, indicato ad singula loca nodo ipso difficultatis,  
adeoque puncto in quo varietas consistit, ut etiam si contingere typographicum  
vitium in ipsummet irrepere, facile esset ex circumstantiis deprehendere. Quo-  
circa fiet hac ratione, ut non pereat Romanorum Patrum labor, quin Biblia veteris  
ac vulgatae editionis Latinæ ab ipsis emendata, in suo nitore permanere ac perse-  
uerare queant, & sarta tecta perpetuo conservari. Quamobrem, uti spero hanc

operam meam ipsis gratam fore : ita gratiorem etiam fore confido , si R<sup>ma</sup> Paternitatis Tuæ , quam illi nobis summo cum præconio Episcopum non ita pridem magno nostro bono præfecerunt , subiectis calculis approbetur . Quod vt impetrare me posse sperem , facit eruditissima simil & sacrarum literarum studiosissima R<sup>ma</sup> P<sup>ti</sup> Tuæ humanitas : quam vt Dominus Deus mihi & Ecclesiæ Audomaropolitanæ multis annis seruet in colum , continuis precibus obtinere contendō . Audomaropoli , anno secundo à sexcentesimo & millesimo , III . Nonas Octobris .

*Omnia , Catholica Ecclesia , eiusq; in terra conspicui capitit , Romani Pontificis , iudicio , submissa sunt.*

Franciscus Lucas.



Æc loca Romanæ & Apostolicæ recognitionis & restitutionis vulgatae Latinæ sacrorum Bibliorum editionis , à R<sup>do</sup> Domino FRANCISCO LVCA Brugensi , Theologo & Ecclesiæ Cathedralis Audomarensis Decano , ex ipso autographo Romano ( quod vidimus ) obseruata & collecta vtiliter imprimentur , tum ad retinendam deinceps legitimam lectionem , eamq; à chalcotypes mendis reuindicandam , tum etiam vt ij qui iam Biblia veteris editionis habent , eadem facillimo negotio ex hac obseruatione corrigere , & restituere possint .

*F. Iac. Episcopus Audomarensis.*

R O M A -

ROMANAÆ CORRECTIONIS,  
 IN  
 LATINI S BIBLIIS  
 EDITIONIS VVLGATAE,  
 IVSSV SIXTI V. PONT. MAX.  
 RECOGNITIS,  
 LOCA INSIGNIORA,

Obseruata à FRANCISCO LVCA Brugensi, Ecclesiæ Cathedralis Au-domaropolitanæ Theologo & Decano.

GENESIS.



**C**APITIS primi versu se-cundo: Et spiritus Dei cere-  
tatur super aquas. Non sine cau-  
sa, Romani Corretores, Do-  
mini, id est, tu rōe, quod est  
in multis libris, mutarunt cū  
Dei, i. rō̄e quod est in aliis.  
 Versu 26. Et bestiis. Reclit hic omiserunt vo-  
cem terre, quam quidam libri addunt in hunc mo-  
dum: Et bestiis terra.  
 Sequitur: Vniverſaeque terræ. Non est scriben-  
dum creaturæ, pro eo quod est in Sixtinis Bibliis  
terre.

V. 27. Et creavit Deus hominem ad imaginem  
suam. Merito hic omissum est, & similitudinem,  
quod multi libri superflue interponunt, acceptum  
ex versu superiori alijs, similibus.

**C**APITIS II. versu 4. Quando crea-  
ta sunt. Faminino generi creatæ, quod exstet in aliis  
exemplaribus, præferendum est neutrum creatæ.

V. 16. Præcepitque eidens. Non est mutan-  
dum præteritum præcepit, cum præsenti præcipit.

**C**APITIS III. v. 10. Vocem tuam au-  
diui. Non est addendum Domine, ut nec versu  
proximo. Dominus primo casu, ubileg: Cui di-  
xit: Quis enim &c.

V. 19. In sudore vultus tui vesceris pane. se-  
quitur in quibusdam libris additum, pronomen  
tuo, sed quod merito omissum est.

V. 23. Et emisit eum Dominus Deus. Non est  
auferenda coniunctio &c.

**C**AP. IV. v. 7. Statim in foribus peccatum  
aderit. Huc non est adiiciendum pronomen tuum.

V. 15. Posuitque Dominus Cain signum. Ro-  
mani Patres omiserunt eam que nomini Cain pra-  
poni solet in prepositionem: nam & antiqui nostri  
codices hic variant (alijenim scribunt in Cain si-  
gnum, alij signum in Cain, alij denique Cain in  
signum) & Lxx similiter sine prepositione verte-  
runt rō̄e, tertio casu.

**C**AP. V. v. 3. Et genuit ad imaginem. Con-  
sulto omissa est, quam quidam interponunt, vox  
filii.

V. 22. Et vixit postquam. Nomen Henoch hic  
non repetitur, sed subaudiendum relinquitur è  
proximo.

**C**AP. VI. v. 6. Et tactus dolore cordis intrin-  
seus. Prudenter sublatum est, quod plerique, vel  
præponunt vel postponunt, & præcaens in futuri.

V. 17. Vnueria qua in terra sunt consumen-  
tur. Deleta est coniunctio &c, que à quibusdam li-  
bris huic pericopæ præponuntur.

V. 21. Et erunt tam tibi quam illis in cubum.  
Non scribas elcam, pro eo quod in antiquis libris  
est cibum.

**C**AP. VII. v. 2. Tolle septena & septena.

Non mutes imperatiui præsens tolle, cum futuro  
indicatiui tolles.

V. 13. Vxor illius & tres vxores filiorum eius  
cum eis. Vi non est præponenda coniunctio & an-  
te vocem vxor, ita, non est delendus numerus tres  
ante vocem uxores.

V. 17. Quadraginta diebus. Omittendum est  
quod sequitur in quibusdam codicibus & quadra-  
ginta noctibus.

V. 23. Et deleuit omnem substantiam. Su-  
perfluit quod quibusdam exemplaribus additur  
Deus.

**C**AP. VIII. v. 7. Qui egrediebatur & non  
reueretur. Non iudicarunt Romani Corre-  
ctores omittendum negationem.

V. 21. Et ait: Nequaquam. Non interponas ad  
eum.

Ibidem. Omnem animam viuentem. Non de-  
leas rō̄e viuentem.

**C**AP. IX. v. 5. De manu viri & fratre eius.  
Quidam codices repeatant rō̄e de manu, hoc modo:

De manu viri & de manu fratris eius: superflue.

V. 16. Eritque arcus in nubibus. Sixtina Biblia  
non addunt nominis arcus pronomen meus.

V. 21. Inebriatus est & nudatus. Superfluit quod  
in quibusdam libris sequitur iacuit.

V. 25. Maledictus Chanaan. Redundat vox  
puer, quam interponunt quidam.

**C**AP. X. v. 1. Ha sunt generationes filiorum  
Noe. In iuriuā delent quidam vocem filiorum.

V. 9. Ob hoc exiit proverbiū. Cae mutes  
ob, quod est, propter, cum ab; id est, vocalem quar-  
tam cum prima.

V. 18. Et posthæc disseminati sunt. Legendum  
est posthæc, non per hos.

**C**AP. XII. v. 6. Vlque ad conuallē. Me-  
rito hic omissa est & coniunctio quæ præponebatur.

V. 7. Qui apparuerat. Quod sequitur in qui-  
busdam libris & inuocauitib⁹ nomen eius, consul-  
tò transfoſsum est.

V. 16. Et famulæ & asinæ. Non est scribendum  
familia, pro famulæ, quod est ancilla: nec omittendu-  
mum alia femininum, licet præcesserit masculi-  
num asini.

V. 18. Quare non indicasti? Non addas prono-  
men, mihi, sed subaudiens.

**C**AP. XIII. v. 14. Leua oculostuos. Non  
subiicias in directum, quod alij.

V. 17. Surge & perambula. Coniunctio ergo  
superflue interponitur à quibusdam.

**C**AP. XIV. v. 5. In Astarothcarnaim.  
Malè quidam, interiecta coniunctio, scribunt: In  
Astaroth & Carnaim.

V. 7. Et venerunt ad fontem Misphat. Merito  
hic omissum est adverbium vñque.

V. 15. Vñque Hobæ, quæ est ad leuam Damasci.  
Et hic merito omittitur, quod alij addunt, & Phœ-  
nicem: Vñque Hobæ & Phœnicem, quæ est.

**C**AP. XVI. v. 1. Non generant liberos. Ter-

tio hic recte omittitur pronomen sibi, quamquam  
subaudiendum sit ei ex Hebreo.

V. 7. Qui est in via Sur. Alij legunt relatinum  
femininum quæ, relatum ad solitudinem: sed Six-  
tina Biblia rectius masculinum qui, ita ut ad fon-  
tem referatur, quod Hebreo exigunt.

V. 13. Vocabat autem. Non addas Agar, sed in-  
telligas.

**C**AP. XVII. v. 4. Et pactum meū tecum.  
Superfluit verbum ponā, quod adiiciunt quidam.

V. 17. Et rō̄e dicens in corde suo. Hic verborum  
ordo, ut est certior altero. In corde suo dicens, ita  
antiquis Latinis atq; Hebraicis libris congruerit.

**C**AP. XVIII. v. 4. Et lauate pedes ve-  
stros. In aliis antigraphis passim legitur. Et lauen-  
tur pedes vestris: verum illud Hebreo consonat.

V. 5. Et confortate cor vestrum. Similis est hu-  
ius loci ratio, ubi alij codices legunt & confortentur  
cor vestrum.

V. 6. Tria sata similæ commisce. Non est omit-  
tenda vox simila.

V. 25. Nequam facies iudicium hoc. Nec  
hic omittendum est pronomen hoc.

**C**AP. XIX. v. 1. Et sedente Lot. Neque  
coniunctio & hinc auferenda est.

V. 14. Surgite, egridimi. Hic non est interpo-  
nenda aut addenda coniunctio &c.

V. 29. Recordatus Abrahæ liberavit Lot. Alij  
Recordatus est Abraham & liberavit Lot.

V. 35. Dederunt etiam & illa nocte. Quidam  
etiam grauant verbum dederunt particula encli-  
tica dederuntque.

**C**AP. XX. v. 7. Nunc ergo reddet viro suo  
vxor, quia propheta est: & orabit pro te, & viues.  
Hic est ordo, non tantum Sixtinorum, verum etiam  
nostrorum antiquorum codicum, Hebraica veri-  
tati consonantium. In aliis multis libris, illud quia  
propheta est, postponitur hinc & orabit pro te.

V. 16. Mementoque te deprehensam. Non de-  
leas encliticam coniunctionem que.

**C**AP. XXI. v. 7. Quis auditurum crede-  
ret Abraham. Ita legendum est, participum fu-  
rit temporis, quarto casu, auditurum, non primo,  
auditur; multo minus secundo auditorum, à no-  
mine auditor.

V. 15. Subter vnam arborum quæ ibi erant. Le-  
go pluraliter arborum quæ ibi erant, non singula-  
riter arborum quæ ibi erat.

V. 20. Et fuit cum eo. Non addas, sed subau-  
dias Deus.

**C**AP. XXII. v. 20. His ita gestis. Non  
mutes adverbium ita cum coniunctione itaque.

**C**AP. XXIII. v. 13. Circumstante ple-  
be, non est addendum pronomen eius.

**I**bidem. Et sic sepeliam mortuum meum in eo.  
Non scribas antecedens agro pro relatio eo.

V. 19. In spelunca agri dupli. Pro sexto casu  
dupli, quidam scribunt secundum duplicitis.

**C**AP. XXIII. v. 12. Dixit: Domine

Deus.

# ROMANAЕ CORRECTIONES

Deus. Non scribas oratit Dominum dicens: Domine Deus.

V. 14. Cum domino meo. Non legendum, sed intelligendum est, nomen Abraham.

V. 24. Filia sum Bathuelis, filij Melchae, quem peperit ipsi Nachor. Alij inveniunt verborum ordinem, hoc modo: Filia sum Bathuelis, filij Nachor, quem peperit ei Melchae; & quamquam hac lectio clarior sit, non tamen est huius versus, sed quadragesimi septimi subsequens.

V. 32. Ad laudatos pedes eius. Caeu mutes pronomen singularare eius, cum nomine plurali came- lorum, quod est in plerisque libris.

V. 41. Cum veneris ad propinquos meos. Ita rectius legitur, propinquos ex antiquis libris, quam proximos.

V. 44. Dimittite me. Plurale legendum est, non singulare redimite.

V. 59. Et nutricem illius. Non addas Deborah, proprium nutricia nomen.

V. 65. Atilla tollens citu pallium. Non subi- cias pronomen suum.

V. 66. Narrauit Isaac. Redundat quod quidam hic interponunt adulatio domino suo.

CAP. XXV. v. 2. Quod peperit ei Zam- ran. Ita scribendum est Zamran, ultima litera existente tertia ex liquido n, non secunda m.

V. 10. Quem emerat a filii Hech. Non est mutandum relatum me scilicet quem, quod agrum referat, cum feminino quam, quod referat speluncam.

V. 15. Hadar & Thema. Prioris nominis ultima litera est i, id est res, non d, quod est, daeth; Hadar, non Hadad.

V. 25. Qui prioregressus est. Sic legunt Sixti- na Biblia cum antiquis exemplaribus, compari- tium prior pro superlativo primus.

CAP. XXVI. v. 31. In locum suum. Ha- ius loco non scribus in dominum suum.

V. 34. Duxit vxores. Non addas claus.

CAP. XXVII. v. 12. Et inducam super me maledictionem. Non est mutanda prima per- sona inducam cum tertia inducat.

V. 21. Accede huc ut tangam te. Pro aduerbio huc, alijs libri habent ad me, minus recte.

V. 28. Frumenti & vini. Omite quod sequitur in quibusdam libris & olei. Idem vsu venit in- fia v. 37.

CAP. XXVIII. v. 5. Profectus venuit. Ne mutes simplex venuit cum composite peruenit.

CAP. XXIX. v. 13. Cucurrit obuiam ei. Pro simplici cucurrit, quidam legunt compostum occurrit.

V. 25. Quare imposuisti mihi? Ne quaquam addendum est non enim Liam.

CAP. XXX. v. 16. Et ad me, inquit, intrabis. Confidendum est verbum ait, quod qui- dam addunt: Et ait, ad me, inquit, intrabis.

V. 18. Appellauitque nomen eius Issachar. Omite quod sequitur in quibusdam libris quod est merces.

V. 26. Tu nosti scriptutem. Non addas con- iunctionem vero.

V. 30. Ut aliquid prouideam etiam domui mea. Non est omittenda particula etiam.

V. 33. Furti me arguent. Caeu mutes verbum plurale tertia persone arguent, cum singulari se- cunda persona arguit.

CAP. XXXI. v. 29. Sed Deus Patris vestri. Pronomen cui consulto mutatum est cum ve- stri, ne quis errorem esse putet.

V. 32. Etauer. Non omittatur coniunctio &c.

V. 39. Quidquid furto peribat. Preferendum est nomen furto aduerbio furtum.

V. 49. Intueatur & iudicet. Non preponas & adieci Laban.

CAP. XXXII. v. 1. Iacob quoque abiit itinere quoceperat. Alij legunt Iacob autem abiit in itinere quoceperat, coniunctionem quoque mutant cum autem, addunt prepositionem in- denique pro ablativo quo scribunt accusativum quod.

V. 4. Precepitque eis. Seruandum est prateri- tum precepit, non substituendum presens precipit.

V. 18. Domino meo Esau. Pronomen prima personae meo, non est mutandum cum pronominis tertia persona suo.

V. 29. Cur queraris nomen meum? Sequitur in quibusdam libris quod est mirabile, sed non est il- lud huius loci, verum Iud. 13. v. 18.

CAP. XXXIII. v. 15. Omne masculi- ni sexus. Interpres dedit neurum omnino, non mas- culinum omnino.

V. 23. Vnum efficiemus populum. Futurum indicatiu efficiemus, non est mutandum cum pra- senti imperatiu efficiamus,

CAP. XXXV. v. 4. At ille infodit ea. Ro- tinendum est neurum ea, non mutandum cum feminino casu.

V. 8. Ad radices Bethel, subter querem. Le- gendum est subter, quod locum inferiorem signifi- cat; non super contrarium, tametsi hoc sit in Ro- mana anni 1593. editione: error est enim typogra- phicus.

CAP. XXXVI. v. 11. Et Cenez. Seguitur in quibusdam libris Et Core; sed superfine.

V. 14. Filiae Anæ, filiae Sebeon. Caeu scribas masculinum filij, pro feminino filie, priori pre- sertim loco.

V. 17. Iti filii Basemath vxoris Esau. Minime redundant huc verba.

V. 24. Cum pauperet asinos. Pro masculino asi- nos, non est substituendum femininum asinas.

CAP. XXXVII. v. 22. Non interficiatis animam eius, nec effundatis sanguinem. Verbum que verbum secunda persona legitur, interficiatis, effundatis; neurum prima, interficiamus; ef- fundamus.

Ibidem. In cisternam hanc. Pronomen hanc non est communatum cum nomine veterem.

V. 28. Et praetererubitis Madianitis. Nec hic nomen Madianitus, cum altero Imaclitis.

Ibidem. Viginti argenteis. Denique nec hic ni- merus minor viginti, mutandum est cum maiore triginta.

CAP. XXXVIII. v. 2. Vocabulo Sue. Pro secunda, alijs scribunt a primam vocalē, in nomine Sua.

V. 12. Mortua est filia Sue. Quidam libri omittunt nomen filia; male.

CAP. XXXIX. v. 2. Princeps exercitus. Non addas pronomen sui.

V. 9. Et peccare in Deum meum. Non subfili- tuas Dominum τὸν θεόν, pro Deum τὸν θεόν.

V. 10. Per singulos dies. Transfodiendum est, quod sequitur in quibusdam libris, verbum lo- quebatur.

V. 21. Etmisertus illius dedit ei. Non augeras orationem, quomodo alijs libri: Et misertus est illius & dedit ei.

CAP. XL. v. 1. His ita gesit. Non est mu- tandum aduerbiū initia cum coniunctione itaque.

V. 15. Quia furto sublatus sun. Spurium est aduerbiū furtum, possum loco nominis furto.

V. 17. Portare me omnescibos. Superfluum est verbum putabam, quod quidam interpretantur.

CAP. XLI. v. 11. Vidimus somnium pre- sagum futurorum. Non est mutandum nomen ad- iectiuū prefagum, cum substantiuū prefagum.

V. 20. Et consumis prioribus. Caeu legis no- men substantiuū pecoribus, pro adiectiuū nume- rali prioribus.

V. 43. Supercurrum suum secundum. Spurium est pronomen secum, possum pro nomine numer- ali secundum.

V. 44. Dixit quoque rex. Superfluit, quod subiungitur à quibusdam codicibus, nomen Aegypti.

V. 45. Filiam Putiphare. Ita rectius scribitur tum hictum in frā v. 50. & 46. v. 20., Putiphare, quā Phutipharis: quō certius distinguatur, no- men hoc sacerdotis Putiphare, quadrasyllabum, à trisyllabo nomine eunuchi Putiphar, de quo seprā 39. v. 1.

V. 54. In cuncta autem terra Aegypti panis erat. Quidam libri, pro panis, scribunt fames, quae est inopia panis.

CAP. XLII. v. 13. At illi: Duodecim, in- quunt, Redundat verbum dixerunt, quod quidam addunt: At illi dixerunt.

V. 25. Datis suprà cibariis in viam. Non miges quartum casum viam cum sexto via.

V. 38. Si quid ei aduersi acciderit. Preferen- dum est nomen adiectiuū aduersi, substantiuū aduersitatis.

CAP. XLIII. v. 11. Sumite de optimis ter- re fructibus. Melius est fructibus quam frugibus.

V. 14. Quem tenet. Non est huius loci, quod quadam exemplaria subiecti, in vinculis.

V. 17. Fecit ille quod sibi fuerat imperatum. In quibusdam libris, pro quod sibi fuerat, minus recte legitur sicut fuerat.

V. 19. Addispensatorem domus. Non omissus domus.

V. 27. Saluus ne est pater vester. Melius est saluus quam fanus.

CAP. XLIV. v. 4. Surge, inquit. Su- perfliuit, quod quidam prapونunt, ait.

CAP. XLV. v. 23. Addens & asinos decem. Pro & coniunctione, alijs scribant pronomen, quidam singulare ei, quidam, quod diffimilius est vero, plurale eis.

CAP. XLVI. v. 10. Iamuel & Iamin. Non addas & Iami.

V. 16. Filii Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon. Pro Sephion, non est legendum, omissa media i consonante, Sephion: nec prapонendus est Esebon ipsi Suni.

CAP. XLVII. v. 4. Ad peregrinandum in terra tua, venimus. Melior est sextus casus ter- ra tua, quam quartus terram tuam.

V. 9. Dies peregrinationis meæ. Superfluit, quod quidam addunt: nō men vita.

V. 18. Non celabimus dominum nostrum. Alij minus recte non celabimus dominum nostro.

CAP. XLVIII. v. 1. His ita transactis. Non est mutandum aduerbiū ita, cum coniunc- tione itaque.

V. 15. Benedixitque Iacob filiis Ioseph. In multis libris est Benedixitq; Ioseph filio suo; in quibusdam Benedixitque Iacob Ioseph.

V. 20. Benedixitque eis. Non mutes plurale eis cum singulari ei.

CAP. L v. 10. Ad aream Atad. Adul- terinum est, quod quidam scribunt Arad, ita ut me- dia litera sit postrema liquidarum r, pro muta.

V. 17. Ut seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Nos est mutandum numerus plura- lis serui, cum singulari seruo; nec secundus casus patris tui, cum tercio patri tuo. sic enim legunt ple- riique: Ut seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc.

## EXODVS.

CAP. I. v. 6. Omne cognitione illa. Caeu mutes pronomen demonstrativum illa, cum possessivo sua.

V. 13. Illudentes eis: Quod subiungitur à quibusdam libris & inuidentes, superfliuit.

CAP. II. v. 18. Ad Rague patrem suum. Non est mutandum nomen Rague cum nomine Iethro.

V. 22. Eripuit me. Non preponas & coniunc- tionem.

V. 25. Et cognovit eos. Romani correctores merito scripserunt cognovit, pro eo quod in aliis libris est liberata.

CAP. III. v. 1. Iethro fecerit sui. Non in- dicarunt Romani Patres, pro feceri, substituendū esse cognati, quod est in multis libris. Idem occurrit in frā 4. v. 18.

V. 6. Deus Isaac. Merito omessa est coniunctio & que ab aliis preponitur. Idem locum habet in frā v. 15. 16. & 4. v. 5.

V. 8. Et Heuæ & Iebusei. Non interponas & Gergesai, quod quidam.

V. 14. Dixit Deus ad Moysen. Consulto mu- tam est nomen Dominus, quod est in multis li- bris, cum nomine Deus.

V. 15. In generationem & generationem. Vno eodemque cau accusandi, legunt Sixtina Biblia, nomen generationis repetitum, cum alia exemplaria, priori loco ferè scribant sextum casum.

CAP. III. v. 5. Dominus Deus patrum suorum. Pro pronomine secundo persone tuorum, recte substitutum est pronomen tertia persona suorum.

V. 14. Ecce ipse egreditur in occursum tuum. Et hic in locum futuri egreditur, recte surroga- tum est praeponit.

V. 16. Ipsi loqueretur pro te. Hic omessa est coniunctio & que à quibusdam prapónatur.

V. 26. Postquam dixerat, Sponsus sanguinum. Quod subiungitur in nonnullis exemplaribus tu mihi es, non est huius versiculi, sed precedentis.

V. 28. Verba Domini quibus miserat eum. Alij codices addunt prepositionem (pro quibus) que consulto omissa est.

CAP. V. v. 14. Quare non impletis men- suram laterum. Præsens impletis, est in meliori- bus manuscriptis, pro præterito impletis.

V. 19. Videbantque se prepositi filiorum Israel in malo. Alij libri minus recte legunt quartum casum malum, pro sexto malo.

V. 20. Egredituribꝫ à Pharaone. Non mutes tertium casum egredituribꝫ, cum primo egre- dientes.

CAP. VI. v. 20. Quæ peperit ei Aaron

& Moysen. Non subiungas & Mariam, quod non est huius loci.

CAP. VII. v. 9. Ac vertetur in colubrum. Alij codices, pro futuro indicatiui vertetur, habent presens imperatiui vertatur, minus bene.

CAP. VIII. v. 9. Et à seruis tuis & à populo tuo. Hoc non omittitur à Sixtinis Bibliis, ut ab aliis quibusdam.

V. 26. Abominationes enim Aegyptiorum, immolabimus Domino Deo nostro. Prudenter omissa est nota interrogatio, que est in aliis libris.

CAP. IX. v. 9. Vlceræ & vesicæ. Iudicant Romani Patres, legendum potius vlceræ, id est, quam vulnra, quod est in multis manuscriptis, tam hic quam duobus versiculis proxime sequentibus.

V. 27. Dominus iustus: ego & populus meus impij. Merito delecta est coniunctio & ante pronomen ego.

CAP. X. v. 3. Ut sacrificet mihi. Hoc loco non addas in deferto.

V. 12. Ut ascendat super eam. Alij legunt antecedens terram, loco relatiui eam.

V. 15. Nihilque omnino virens relictum est. Male quidam, proque, legunt quoque: Nihil quoque omnino.

V. 18. Egreditusque Moyses de conspectu Pharaonis orauit Dominum. Alij libri intersecent hanc sententiam, additis, verbo substantivo est, & coniunctione copulativa &.

CAP. XI. v. 2. Vala argentea & aurea. Non addas & vestem.

V. 4. Media nocte egrediar in Aegyptum. Pro egrediar, quod est exibo, alijs minus recte scribunt ingrediar, quod est intrabo.

V. 7. Aegyptios & Israel. Non est addenda vox filios nomini Israel.

V. 8. Et adorabunt me. Non mutes compositum verbum adorabunt, cum simplici orabunt.

V. 10. Omnia ostenta que scripta sunt. Quod quidam libri addunt signa & (omnia signa & ostenta) superflium est.

CAP. XII. v. 15. Quicumque comededit fermentatum. Legendum est participium fermentatum, non nomen fermentum.

V. 19. Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris. Hic contraria, legendum est nomen fermentum, non participium fermentatum.

V. 31. Ite, immolate. Non est interiectio coniunctio &.

V. 35. Sicut præcepérat Moyses. Malè alijs prie libri, pro uno nomine Moyses, scribunt duo Dominus Moysi.

V. 37. Absque parvulis. Merito confoditur ut superflium, quod in quibusdam antigraphis sequitur, & mulieribus.

V. 39. Neque enim poterant fermentari. sp. panes. Alij scribunt numero singulari poterat s. farina.

Ibidem. Nec pulmenti quidquam occurrerat preparare. Pro occurrerat, quidam expositionis gratia scribunt curaerant.

CAP. XIII. v. 5. Cumque introduxerit te Dominus in terram, celebrabis hunc morem facrorum mense isto. Non mutet numerum singulare te, celebrabis, cū plurali vos, celebrabitis.

V. 16. Inter oculostus. Non substitutatur prepositio ante, pro ea qua significanter est, inter q.d. inter utrumque oculum.

CAP. XIV. v. 19. Tollensque se angelus Dei. Non est auferramus pronomen sc, nec mutandum Deicium Domini.

CAP. XV. v. 7. Deposuisti aduersarios tuos. Pronomen secunda persona tuos seruandum est, pro eo quod alijs codices habent, pronominis prima persona meos.

V. 11. Faciens mirabilia. Non preponas & coniunctionem.

V. 26. Ego enim Dominus sanator tuus. Non augeas orationem, ut alijs, hoc modo: Ego enim sum Dominus Deus fa. tuus.

CAP. XVI. v. 3. Cureduxisti nos in defertum istud. Non recte quidam mutarunt eductis cum induxitistis.

V. 7. Audituitem murmur vestrum. Tertia persona audituit, non est mutandum primam audiu.

V. 8. Quibus murmurati estis contra eum: nos enim quid sumus? Nec hic mutandum est pronomen tercia persona cum cum prima nos, neg, coniunctio enim cum autem.

V. 33. In generationes vestras. Merito deletum

est futuras retro, quod à quibusdam exemplaribus additur.

Sequitur: Sicut præcepit Dominus Moysi. In alijs libris, pro perfecto, est plus quam perfectum præcepere.

CAP. XVII. v. 8. Venit autem Amalec. Non addas ad pugnam.

V. 16. Quia manus solij Domini. Cane mutes solij, quod est, throni, cum solius.

CAP. XVIII. v. 19. Et erit Deustecum. Non surroges Dominum, in locum nominis Deus.

V. 21. Viros potentes & timentes Deum. Prudenter Correctores Romani, texu expulerunt sapientes, & admiserunt potentes, quod est, fortes, strenues, constantes.

CAP. XIX. v. 3. Moyses autem ascendit ad Deum. Non addas in montem.

V. 13. Manus non tanget eum. Non est mutandus numerus singularis tangit, in pluralem tangent.

CAP. XX. v. 18. Videbat voces & lampades. Non substituas audiebat, pro videbat.

V. 23. Non facietis deos argenteos. Non iudicaret Romani addendum mecum, tametsi legatur hebraice.

V. 25. Si enim leuaueris cultrum super eo. s. altari. Quare non est legendum eum, multoq; minus illos, quod ad lapides alijs referunt.

CAP. XXI. v. 15. Qui percusserit patrem &c. v. 16. Qui furatus fuerit hominem &c. v. 17. Qui maledixit patri &c. Hic est ordo verbum in Sixtinis Bibliis, hebreo consonantea nam in aliis plerisque codicibus, coniunguntur eas leges, que in eos feruntur, qui parentes iniuria afficiunt, est qd decimus sextus versus, qui decimus sextus.

CAP. XXII. v. 6. Si ingressus ignis inuenierit spinas. Egregia correctio, prospicas, quibus frumenti grana continentur, scripsisse spinas, quod est, vespes.

V. 9. Et quidquid damnum inferre potest. Non mutet accusatum damnum, cū genitivo damni.

CAP. XXIII. v. 3. Pauperis quoque non misericordies in iudicio. Non est visum Correctori bus, iudicio mutare cum negotio, quamvis hoc à multis legatur, non sine similitudine veri.

V. 6. Non declinabis in iudicium pauperis. Alij scribunt sextum casum iudicio, pro quanto iudicium.

V. 15. Septem diebus comedes azyma. Non corrigas singulari comeDES, per plurale comedetis.

V. 16. Et solemitatem mellis primituorum.

Cause ne leges mensis pro mellis, quod est & ex C. u.

V. 18. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ. Non commutes pronomen prima personæ meæ, cum secunda tute.

V. 26. Non erit infuscata nec sterilis in terra tua. Perperam omittunt quidam prepositionem in.

CAP. XXIII. v. 5. Vitulos. Merito omis-

sus est numerus duodecim, qui in multis libris sequitur.

V. 11. Nec super eos qui procul recesserant.

Non addas alteram negationem: Necnon super eos; neque legas proprius acceſſerant, pro eo quod contrarium est procul recesserant.

CAP. XXV. v. 5. Pellesq; ianthinas. Pro ian-

thinas, alijs legunt hyacinthinas: & quamquam

idem fortasse utroque vocabulo significetur, illua tam: potius ab Interpretate datum, alias docu-

m. Hac annotatio pluribus alijs sequentibus lo-

cis scribi.

V. 33. Sphæruleaque simul & lilium. Hoc bis le-

atum isto versu, minus recte alijs libri pluraliter

scribunt, Sphæruleaque simul & lilia.

V. 38. Fiant de auro purissimo. Non omittatur

prepositio de.

CAP. XXVI. v. 34. In sancto sanctorum.

Non mutet singulare sancto in plurale sancta.

CAP. XXVII. v. 21. A filii Israel. Non

est mutanda prepositio à prepositione coram.

CAP. XXVIII. v. 14. Et duas catenulas

ex auro purissimo. Alij, omis, prepositio, scri-

bunt secundo casu, auri purissimi.

V. 33. Et cocco bis tinteto. Quod sequitur in

quibusdam antigraphis & byslo rictoria, merito hic

omittitur.

CAP. XXX. v. 13. Omnis qui transfigit

nomen. Pro nomen, quidam legunt numerum:

sed prior est germana versio veteris Interpretis.

V. 18. Facies & labrum tenuum. Praes. si labrum

scribere difflabulum, i media litera, quam labrum

trifflabulum, i media, hoc & alius similibus locis.

CAP. XXXI. v. 15. Sex diebus facieris

opus. Non mutes numerum plurale in singula- rem facies.

V. 17. Et in septimo ab opere cessavit. Non ad das omni.

CAP. XXXII. v. 28. Cecideruntque in die illa, quasi viginti tria milia hominum. Pro vi- ginti tria, quod est in quibusdam libris, in quibusdam legitur amplius, nempe triginta tria, in quibusdam minus, nempe tria, his postremis fauent Hebreæ, Græca, & Chaldaea.

CAP. XXXIII. v. 3. Quia populus du- re ceruicis es. Non commutes personam secun- datus cum tertius est.

V. 9. Et stebat ad ostium. Non est addenda vox tabernaculi (tamest hebraice exprimatur) vt ne- que mox Dominus, ubi sequitur loquebatur cum Moyse.

V. 13. Ostende mihi faciem tuam. Non indica- runt Romani Correctores, pro faciem, substituen- dum viam.

V. 19. Et vocabo in nomine Dñi coram te. Ca- uenit scribas passuum vocabor, pro affectu vocabo.

CAP. XXXIII. v. 4. Portans secum tabulas. Non addas duas, reliquit enim Interpretis è superioribus intelligendum.

V. 11. Quæ hodie mando tibi. Non substituen- dum præteritum mandau, pro praesenti mando.

V. 11. Et Heuæm & Iebuæum. Non oportet addere & Gergesæum.

V. 25. De victimâ solemnitatis Phase. In lo- cum numeri singularis victimâ, non est surrogan- dus pluralis victimis.

V. 34. Quod ingressus. Nonnulli libri habent, qui, masculinum, prœneuro quod.

V. 35. Sed operiebat ille rursus. Sequitur in quibusdam codicibus velamine, sed facile intelligitur etiam non additum.

CAP. XXXV. v. 16. Labrum & basim, pro plurali bales.

V. 24. Argenti ærisque metalla. Merito dele- tum est quod quidam addunt & auri.

V. 34. Dedit in corde eius. Et hic merito omis- sa est vox Dominus.

CAP. XXXVI. v. 29. Et thymiana. Seruandus est numerus singularis thymiana.

CAP. XXXVII. v. 14. Vnum tenebas latus. Et hie seruandus est numerus singularis tenebat: nam alijs legunt pluralem tenebant.

V. 15. Quia inter viraque introitum taberna- culi fecit. Non omittas præpositionem inter, nec mutes præteritum fecit in præfens facit.

V. 28. Et septuaginta quinque. Non addas si- clis, quod subditur in quibusdam exemplaribus.

CAP. XXXIX. v. 6. Nominibus filiorum Israël. Sequitur in quibusdam manuscriptis: Sex nomina in lapide uno, & sex in altero, iuxta ordi- nem nativitatis eorum: sed non est huius loci, ve- rum capitulo 28. superioris v. 10.

V. 28. Ac vermiculo bis tinteto, arte plumaria. In signis locis, quo pro una vox distinctum, que à plerisque legitur, & ressortit ad cingulum, pru- denter substituta sunt duæ bis tinteto, iungenda cum vermiculo, Hebreo ussfragante.

CAP. XL. v. 3. Demittesque ante eam ve- lum. In Romana anni 1593. editione est dimittes, quod est, relinquens, pro dimittes, quod est, expâdes: sed laffus est Typographus Romanus, dans illud pro hoc, voralem tertiam profecunda.

V. 5. Tentor in introitum tabernaculi pones. Non est hic addenda vox testimonij, vocis taberna- culi, ut nec infra v. 19.

## LEVITICVS.

CAP. I. v. 4. Ponetque manum super caput hostiae. Non scribas plurale manus, pro singulari manu. Idem infra 4. v. 29.

V. 5. Et offerent filii Aaron sacerdotes. Nomina tuus pluralis sacerdotes, non est communatus cum genitivo singulari sacerdotis.

V. 10. Masculum absque macula offeret. Loco unius vocis masculum, alijs legunt tres agnum an- nunculum & male.

V. 14. Aut pullis columba. Non mutes dis- tinctiæ autem copulatiua &.

CAP. II. v. 2. Ac deferet ad filios Aaron sacerdotes. Idem iudicium quod supra 1. v. 5.

V. 11. Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino. Non est mutandus tertius casus Domino, secundo Domini.

V. 13. In omni oblatione tua offeres sal. Non omittas pronomen tua.



CAP. X. v. 8. Filii autem Aaron sacerdotes clangent tubis. *Nominativus pluralis* sacerdotes, non cedat genitivo singulari sacerdotis.

V. 13. Iuxta imperium Domini in manu Moyse. *Quidam* scribunt in manum, *quidam* per manum: sed *primum* in manu, hebreo conformat.

CAP. XI. v. 3. Eò quod incensus fuisset. Non mutes incensus cum succensus.

V. 4. Flagravit desiderio. *Non addas carnium aut carnis.*

V. 17. Despiritu tuo. *Nec hic addas sancto.*

V. 21. Erait Moyses. Denique nec hic addas ad Dominum.

V. 31. Arreptans trans mare coturnices. *In locum participi p<sup>ro</sup>passiu<sup>m</sup> arreptas, quod est in aliis libris, substatutum est actuum arreptans.*

Ibidem. Et demisit in castra. Non mutes demisit, quod est deiecit, cum dimisit.

V. 32. Congregauit coturnicum, qui parum decim coros. Merito hic omisso est vox multitudinem, quam quidam adiecerant, non animaduertentes genitium coturnicum regi à coros.

V. 34. Populum qui desiderauerat. *Non addas carnes, multo minus scribas* Populum quem percusit Dominus quia desiderauerat carnes.

CAP. XI. v. 2. Quod cùm audisset Dominus. *Sequitur in plerisque libris* iurat est, quod redundare merito censuerunt Correctores, perficiendam sententiam esse illis verbis quarti versus statim locutus est ad eum, inclusis parenthesi verbis intermedias: Erat enim Moyses &c. Certe etiam libri nostri antiqui omitunt Dominus, quod alij addunt verbo locutus est.

CAP. XIV. v. 2. Et in hac vasta solitudine vitinam pereamus. *Locus insigniter restitutus, ab latita negatione qua est in plerisque codicibus* (& non in hac vasta solitudine) *& verbis subsequentiis* vitinam pereamus, iunctis is que precedunt, non, ut multifaciunt, ite que consequuntur.

V. 10. Cunctis filiis Israei. Superfluit participium videntibus, quod addunt alij.

V. 19. Dimitte, obficio, peccatum populi huius. Merito expunctum est pronomen tui, quod multi legunt, populi tui huius.

CAP. XV. v. 3. In holocaustum aut victimam, vota soluentes. *Nomini substantio victimam, non est addendum adiectionum pacificam, quod faciunt libri plerique.*

V. 4. Conspexi oleo. *Alij habent quartum casum* conspexi, relatum ad illud quod precedit decimam partem: *Correctores elegerunt secundum casum* conspexi, relatum ad nomen simile.

V. 20. Sicut de areis primitias separatis. *Præsens separatis non est commutandum cum futuro separabis.*

CAP. XVI. v. 11. Quid est enim Aaron. Retinendum est neutrum quid, non substituendum masculinum quis.

V. 34. Fugit ad clamorem percutiunt. *Legendum est ad clamorem, non à clamore, multo minus at timore.*

V. 40. Et omnis congregatio eius. Malè quidam scribunt cognatio pro congregatio sive cœtus.

V. 43. Operuit nubes. *Non addas tabernaculum, sed subaudias.*

CAP. XVII. v. 3. Et una virga cunctas seorsim familias continebit. *Sic legunt antiqui codices, aduerbiu<sup>m</sup> seorsum loco pronominis eorum.*

V. 12. Ecce consumit fumus, omnes periuimus. Prateritum periuimus, non est commutandum cum futuro peribimus.

CAP. XVIII. v. 9. Et cedit in sancta sanctorum. *Nec hic præsens cedit, mutandum est in futurum cedet.*

V. 10. Quia consecratum est tibi. *Retinendum est pronomeni tibi, non substituenda vox Domino.*

V. 13. Vniuersa frugum initia quas gignit humus. *Antiqui libri* habent femininum quas, repudiato neutro que.

V. 15. Quidquid primum erumpit. *Non scribas futurum erumpit, pro præsenti.*

V. 19. Paetum talis est. *Cause scribas pacis pro talis. Sal servit durationi.*

CAP. XIX. v. 3. Tradetisque eam Eleazar. *Quidam pro plurali tradetisque, scribunt singulare tradesque, minus recte.*

CAP. XX. v. 20. Non transibis. *Seruandus est numerus singularis transibis.*

CAP. XXI. v. 15. Ut requiescerent in Ar. Non est scribendum Armon diffyllabum, pro monosyllabo Ar, ut certe locorum prorsus diuersorum sunt nomina.

V. 18. & in baculis suis. De solitudine, Ma-

thana. *Non addas profectique sunt ante de solitudine, nec in ante Mathana: subaudienda enim haec sunt, non exprimenda.*

V. 20. De Bamoth vallis est. *Non est omittenda præpositio de, quod & alias docimus in Notationibus nostris.*

CAP. XXII. v. 20. Si vocare te venerunt homines isti. *Præteritum indicatiui venerunt, præst at conjunctiuo venerint.*

V. 37. Misericordia tua vocare te. *In aliis libris, pro prima persona singulari, est tercia pluralis vocarent.*

CAP. XXIII. v. 14. Impositis suprà vitulo atque ariete. *Alij legunt numero plurali vitulus atque arietibus.*

CAP. XXIV. v. 7. Et semen illius erit in aquas multas. *Quidam pro aquas scriferunt gentes, commenariū vertentes in textum.*

V. 22. Et fueris electus de stirpe Cain. *Cause ne pro Cain, scribas Cham nomen filij Noe, quod quidam.*

CAP. XXVI. v. 12. Iacob, ab hoc familiia. *Non preponas & coniunctionem ante Iacob.*

V. 14. Vigintiduo milia ducenti. Non mutes nominativum ducenti in genituum ducentorum.

V. 18. Quadraginta milia quingenti. *Nec hic nominativus cum genitio quingentorum commutandus: similiq<sup>ue</sup>, ratio obseruanda est infra.* v. 22. 2. 5. 27. 3. 4. 37. 4. 1. 43. 47. 50.

V. 38. Achiram, à qua familia Ahiramitarum. *Quidam addito scribunt Achiram, Achiramita, rurum: utroque modo exprimitur litera hebraica hech seu cheth.*

V. 62. Quia non sunt recensiti. *Præferenda est coniunctionis quia, pronomini qui.*

CAP. XXVII. v. 14. In Cades deserti Sin. Rediūs legitur secundo caſu deserti, quam sexto deserto aut in deserto.

V. 18. Virum in quo est spiritus. *Non addas vobis Dei.*

CAP. XXVIII. v. 11. In calendis autem offerentis. *Multa exemplaria, post autem, addunt id est, in mensum exordii: id quod, tamquam commentatorum textui mistum, omiserunt Roman Parres.*

V. 13. Simile ex oleo. *Non addas participium conspersum, quod satis intelligentum dat præpositione ex.*

CAP. XXIX. v. 11. Cum sacrificio & libaminibus eorum. Non mutes præpositionem cum, in præpositionem in, aut coniunctionem &.

CAP. XXX. v. 14. In arbitrio viri erit ut faciat. *Scribendum est ex antiquis codicibus ut, non siue, tametsi sequatur siue non faciat.*

CAP. XXXI. v. 30. Cunctorum animalium. *Alij claritatem causa addunt coniunctionem encliticam cunctorumque.*

V. 52. Pondo sedecim milia. Non est surrogandum pondere sanctuarij in locum vocis pondo.

CAP. XXXI. v. 4. Regio vberima est. *Alij minus recte, mutatis nominativis in genitibus, scribunt regionis vberimae est.*

V. 17. Erunt in vrbibus muratis. Ita vertit Interpres, muratis, quod est, muro cinctis, pro quo alijs mutuntur.

V. 28. Et principibus familiarium per tribus Israeli. Non omittas præpositionem per.

V. 35. Et Ethrioth & Sophan. Malè quidam scribunt monosyllabum Roth pro diffyllabo Ethrioth.

CAP. XXXIII. v. 3. Quintadecima die mensis primi, altera die Phase. *Superfluit obseruari verbum fecerunt, quod multi addunt: fecerunt altera die Phase. Præpositio autem post, quam alijs præponunt voci Phase, intelligenda est, non legendam. Consultat qui volet Notationes nostras in hunc locum.*

V. 38. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor. Non est omittenda vox sacerdos.

V. 44. Et de Oboth, venerunt in Iie-abarim (etc.) Profectique de Iie-abarim. *Alij pro Iie-abarim, omissa priore i vocali, scribunt Iebarim, minus recte.*

V. 54. Et paucis angustiorem. *Antiqui libri habent positivum paucis, pro eo quin alius codicibus est comparatio paucioribus.*

CAP. XXXIV. v. 4. A meridiem usque ad Cadabarne. Pro à meridiem, alijs libri scribunt in meridiem, alijs ad meridiem, malè.

V. 8. A quo venient in Emath. Non est mutandus numerus pluralis in singulari veniet.

V. 11. Descendent termini in Rebla. Pro Rebla, codices minus accurati scribunt addita ter-

tia syllaba Reblatha, quod non est huic loci.

V. 29. Hi sunt quibus præcepit Dominus. Non mutes præteritum perfectum præcepit, in plus quam perfectum præcepit.

CAP. XXXV. v. 19. Statim ut apprehenderit eum, interficiet. *Pro interficiet, inuenio in libris antiquis percutiet, quod idem unum est: sed passuum interficietur, quod est in aliis exemplaribus, spuriis est.*

## DEUTERONOMIVM.

CAP. I. v. 4. Qui habitabat in Hesbon. *Quidam codices omittunt pericopen hanc, sed immerit.*

V. 19. Pererum terribilem & maximam. *Sequitur solitudinem in aliis libris, sed quod merito indicatum est superfluere.*

V. 28. Et ad celum vsque munita. *Hæc videtur Latinis Interpretis esse scriptura, munita, qua alij murata.*

V. 31. Et in solitudine (ipse vidisti) portauitte Dominus. *Hæc est genuina loci interpunktio, qua periodus hoc incipit ab his verbis. Et in solitudine, relativis ad sequentias, parentheses inclusis his ipse vidisti: quæ qui pluraliter legunt ipsi viditis, minus sinceras sequuntur lectionem.*

CAP. I. v. 12. In Seir autem prius habauerunt Horrai. *Alij libri servant terminacionem Hebream, scribentes Horrim.*

V. 19. Et accedens in vicina filiorum Ammon. Non mutes accedens in ascens.

V. 20. Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zommimm. *Trisyllabum est Zommimm, repetendum est enim zom, contra quosdam qui legunt Zommim.*

V. 21. Populus magnus & multus & procerus illud longitudinis. *Nullo modo omittendum est medium illud & multus.*

V. 27. 28. 29. Transibimus per terram tuam, publica gradimur via &c. Non sunt nomina verbæ pluralis numeri, quæ his tribus verbis continentur, mutanda in singularia, ad hoc ut Hebrew respondant, quod quidam faciunt.

CAP. III. v. 13. Vocatur terra gigantum. *Alij pro præsenti scribunt præteritum imperfectum vocabatur.*

CAP. III. v. 6. *Vt audientes vniuersa precepta hæc. Alij pro neutrō vniuersa, legunt masculinum vniuersi, minus sincere.*

V. 10. A die in quo sterifi coram Domino. *Pro dubiis voculis à die, plerique unam legunt, diem. Præpositio hebreæ, et si non exprimatur, subaudienda est tamen.*

V. 22. Ecce morior in hac humo. *Nequaquam mutandum est præsens morior in futurum moriar.*

V. 30. Non ista addenda coniunctione autem.

V. 33. Sic tu audiisti & vixisti. *Spuriis est quod quidam substituerunt vidisti, quod est adspicisti, pro vixisti, quod est, in mortem non incurriti.*

V. 34. Quæ fecit pro vobis Dominus Deus vester. *Non sunt commutanda pronomina secunda persona cum prima, nobis, nostro.*

V. 35. Et non est alius præter eum. *Non est surrogandum nomen vnum, in locum pronominis eum, quod multis faciunt.*

CAP. V. v. 24. Vocem eius audiuius. *Sic omittunt antiqui libri coniunctionem enim, quam alijs addunt.*

CAP. VI. v. 4. Dominus Deus noster, Dominus vnu est. *Potius Dominus quidam mutant in Deus, immerit.*

V. 7. Et meditaberis in eis sedens in domo tua. *Non sunt omittenda media illa vobula in eis.*

V. 13. Et illi soli ferues. *Interpres hic expressit vocem foli, quæ Hebraicæ relinquuntur subaudienda.*

CAP. VIII. v. 13. Armenta boum & oviū greges. *Non facile omittenda est vox boum.*

CAP. IX. v. 5. Ingredieris ut possides. *In alijs, pro futuro ingredieris, est præsens ingredieris.*

V. 9. Ut acciperem tabulas lapideas, tabulas paci quod pepigit vobiscum Dominus. *Ita repetenda est vox tabulas (quam multi codices posteriori loco omittunt) & scribendum Dominus pro Deus, tam iuxta Latinos codices antiquos, quam iuxta hebreas.*

CAP. X. v. 3. De lignis settim. *Sic scribunt hebrei, Settim duplicit: alijs simplici Settim.*

CAP. XI. v. 10. Ad quam ingredieris possidem. *Non mutes præsens ingredieris cum futuro ingredieris.*

# ROMANAЕ CORRECTIONES

CAP. XII. v. 3. Dissipate aras eorum. Interpres vertit masculinum eorum, non femininum eorum; Similiter ubi sequitur: Dispedit nomine eorum de locis illis. *Hebraea ambigua permittunt utrumque, ut vel ad gentes referas, vel ad Deos.*

V. 11. Que vocibitis Domino. Non est mutandum fururum que vocibus in præteritum vovistis.

V. 12. Qui in verbis vestris commoratur. Nequaquam scribendum est plurale commorantur, pro singulari commoratur.

V. 29. Ad quas ingredieris possidendas. Correctores hic fururū prætulerunt presenti ingredieris.

CAP. XIII. v. 9. Et postea omnis populus mittat manum. *Vnicam vocalam postea, ne distrahabis in duas post te, ut quidam faciant.*

CAP. XIV. v. 7. Comedere non debetis, ut camelum. Correctores, ut omis. runt pronomen huc, quod alij libri præponunt verbo comedere, ita addiderunt aduerbiū ut ante vocem camelum; sensu clarissimo. Porro huc pronomē præposuerunt ei quod mox sequitur: Hac quia ruminant.

V. 12. Et halietum. Non est omittenda vocalis secunda c sequens diphongum &; sicut non omittitur *Lexit. i. v. 13.*

V. 13. Ixion & vulturem. Alij codices legunt disyllabum Ixon.

V. 22. De cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra. Alij minus recte legunt genere famino frugibus tuis quat.

V. 23. De armentis & oibuis tuis. Nequaquam addendum est verbum offere.

CAP. XV. v. 7. Ad paupertatem venerit, Pro simili tui venerit, non substitutas compositum deuenient.

V. 10. In omni tempore. Quidam ex Hebreo correverunt opere, prototempore.

V. 21. Vel claudum fuerit. Alij præponunt coniunctionem &c. Et vel claudum fuerit.

CAP. XVI. v. 4. Non apparet fermentum. Retinendum est substantium, pro adiectuo fermentatum.

V. 22. Quæ odit Dominus Deus tuus. Non commutes neutrum quæ, cum feminino quam, tametsi Hebraea ambigua sint.

CAP. XVII. v. 8. Iudicium esse perspexeris. Non scribes prospexeris, quod est, præuideris, pro perspexeris, quod est, videris.

Ibidem. Lepram & lepram. Nequaquam addenda est negatio posteriori voci, & non lepram.

Ibidem. Antra portas tuas. Non scribes inter, pro intra, quod est in.

V. 12. Et decreto iudicis. Legenda est coniunctione &, non præpositio ex.

V. 20. Ipse & filii eius. Retinendum est plurale filii, non substituendum singulare filius.

CAP. XIX. v. 13. Et auferes innoxium sanguinem. Quidam non intelligentes, innoxium sanguinem possum esse pro effusore innoxij sanguinis, loco vocis innoxium scriperunt contrarium noxiū.

CAP. XXI. v. 5. Et ad verbum eorum omne negotium. Nequaquam addas verbum pendet, quod quidam literi subiiciunt.

V. 6. Et evenient maiores natu. Non oportet omittere futurum venient, nec commutare cum imperatiuo veniant, denique non necesse est addere omnes.

V. 15. Genuerintque ex eo liberos. Alij scribunt Genueritq; ex eis. Sententia eadem una est, sed prior lectio præfertur.

V. 18. Quæ non audiat patris aut matris imperium. Non mutes audiat cum audierit, nec coniunctionem disjunctiuam aut cum copulativa ac.

CAP. XXII. v. 12. Quo operieris. In aliis est præsens operiis; futurum respondet Hebraeo.

CAP. XXIII. v. 18. Quidquid illud est quod voveris. Seruanda est secunda persona singularis voveris, reiçtaria tercia pluralis voverint.

CAP. XXIV. v. 5. Sed vacabit absque culpa domui sua. Cauenit scribes, ut quidam, tertium casum domui, profecto domi.

V. 6. Quia animam suam opposuit tibi. Non est legendum relatiuum qui, loco coniunctionis quia. Porro opposuit, quod est obligans seu oppignoravit, eleganter emendatum est ex apposuit, quod est in aliis exemplaribus, id est, vocalis quartae ex prima.

CAP. XXV. v. 7. Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel. Alij pronomē, quod est & ipsa, scribunt semen, quod est, & & ipsa; male.

Sequitur: Nec me in coniugem sumere. Non commutes vocem coniugem, cum voce coiugium.

V. 11. Miseritque manum. Quidam antiqui libri tollunt encliticam coniunctionem que.

V. 12. Abscides manum illius. Ita legunt antiqui libri abscides, ex abs & cedo, pro abscindes, ex ab & scido. Simile Marth. 5. v. 30. & alibi.

CAP. XXVI. v. 4. Suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua. Non mutes pronomē secunda persona tua in tertia eius.

V. 11. Et epulaberis in omnibus bonis. Non est omitenda, es que præmititur coniunctio &c.

V. 13. Abstulisti quod sanctificatum est de domo mea. Adulterium est quod alij legunt attuli, quasi dicat, se huc ē domo sua adferre; cū ē contrario, negans se domi sua retinuisse, profiteatur se disfrivisse egenis. Genuina agitur lectio et abfulti, qua & hebreo, chaldeo, græco, consenteanea est.

V. 16. Et custodias & impleas. Prius & non est mutandum in vt.

V. 17. Et custodias ceremonias illius. Nec istud & vertendum in vt est.

V. 18. Et Dominus elegit te hodie. Istam coniunctionem &c, quidam vertunt in aduerbiū demontrandi En, sed pessime.

CAP. XXVII. v. 12. Hi stabunt ad benedicendum populo. Cauendus est versus error, eorum qui legunt Domino, id est & ipsa, pro populo, quod est & ipsa siue plebi.

Versuī 25, præponunt quidam codices hanc maleditiōnem: Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui: & dicit omnis populus, Amen: verū illa adiectiō & superflua est.

CAP. XXVIII. v. 20. Et perdat velociter. Non addas de sub calo.

V. 16. Et regem tuum quem constitueris super te. Alij minus apte legunt Et regem quem constitues super te; omisso pronomine tuum, & coniunctuō verso in indicatiūm.

V. 40. Quia defluent & peribunt. Sic legunt etiam antiqui codices, simplex verbum peribunt, pro compoſito deperibunt.

V. 48. Quem immittet tibi Dominus. Nō mutes immittet cum emittet, vocalē terciā cum secūdā.

V. 57. Et illuvie secundarum. Pro secundarum, multi scribunt secundinarum, que non est vox latīna, quod sciam.

CAP. XXIX. v. 6. Quia ego sum Dominus Deus vester. Non substituas personam tertiam ipse est, pro prima ego sum.

V. 11. Et aduenia qui tecum moratur. Retinendus est numerus singularis, quamvis positus pro eo quem alij legunt plurali & aduenæ qui tecum morantur.

V. 19. Et absumat ebria sitientem. Pro absumatis siu consumat, multi libri legunt assūmat, quod est, addat seu adiungat sibi. Vtrumque ex hebreo verbi potest, prius prætulerunt Romani Patres.

V. 23. Sulphure & salis ardore comburens. Volum affinitate decepti quidam, supposuerunt nomē solis planetæ, in locum nominis salis, quicq; igne & aqua concresc, habet & ipse ardorem suum: mutarunt inquam vocalem primam a in quartam.

V. 29. Ut faciamus vniuersa verba legis huius. Non omittas & verba.

CAP. XXX. v. 3. Reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam. Alij scribunt: Reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua; qui sensus est prioris lectio.

V. 12. Et audiamus. Non mutes & in vt.

V. 19. Quod profopiscunt vobis vitam & mortem. Pro voce mortem, quidam substituerunt volum bonum, male imitati locum supra v. 15.

CAP. XXXI. v. 4. Delebitq; eos. Alij scribunt præteritum. Delebitq; quod Hebreo conforme est.

V. 21. Ex ore semini sui. Non mutes tertia & personam pronomē sui, cum secunda tui.

V. 23. Præcepitque Dominus Ioseph filio Nun. Non iudicarunt Romani Patres omittendam volum dominus, tametsi a multis libris Hebreo consentaneis omittatur.

CAP. XXXII. v. 2. Concrescat ut pluvia doctrina mea. Ita scribendum est, ut pluvia, non in pluvia aut pluviā.

V. 26. Dixi: Vbinam sunt. Non præponas & coniunctio: in diuinū.

V. 30. Quomodo persequeatur unus mille, & duo fugent decem millia? Non sunt, modi potestiales persequeatur, & fugent, commutandi, cum indicatiū imperfēto persequebā-

tur, & presenti optatini fugarent.

V. 35. Mea est virtus, & ego retribuam in tempore. Non addas pronomē: Retribuam eis in tempore.

V. 37. Et dicet: Vbi sunt. Preferendum est singularē dicit plurali dicent.

V. 46. Et implere vniuersa que scripta sunt legi huius. Non addas in volumine, ante legis huius.

CAP. XXXIII. v. 9. Et fratribus suis: Ignoro vos. Non mutes secunda persona pronomē vos, cum tertia illos.

V. 26. Non est Deus alius vt Deus rectissimi. Quidam tollunt prius Deus, alij vertunt secundum casum rectissimi in primum rectissimus: utrumque prima lectio non absque causa post posterum Correctores Romani.

V. 26. diceret: Conterere. Nec hic sine causa prætulere passuum, actiuō Contere.

CAP. XXXIV. v. 2. Et omnem terram Iuda. Nequaquam omittenda est vox Iuda, quod quidam faciunt.

## IOSVE.

CAP. I. v. 6. Pro qua iurati patribus suis. Seruandum est tertia persona pronomē suis, non mutandum in secunda tuis.

V. 15. Et sic reuertimini. Futurum reuertimini multis nominibus preferendum est presenti reuertimini.

CAP. II. v. 18. Signum fuerit funiculus iste coccineus. Nequaquam addenda negatio est Signum non fuerit.

V. 19. Sanguis ipsius erit in caput eius. Adiunt quidam Reus sibi erit, que Lxxi senum interpretatio est, nos & coniuncta.

Sequitur: Et nos erimus alieni. Alij pro alieni scribunt innoxij, explicandica.

CAP. III. v. 12. Parate duodecim viros de tribus Israeli. Non est reperenda vox duodecim.

V. 13. Qui portant arcā Domini Dei. Non addas foderis.

V. 16. Ab vrbe que vocatur Adom. Ita scribendum est iuxta antiques libros, vocalibus prima & quarta, Adom, non Adam, aut Edom.

V. 17. Populus autem incidebat contra Iericho. Non est mutandum nomen urbis Iericho in nomen fluij Jordanem.

CAP. IV. v. 9. Arcam foderis. Non adiicias Domini.

V. 11. Sacerdotesque petebant. Antiqui libri habent sacerdotesque, non sacerdotes quoque.

V. 12. Armati precedebant filios Israeli. Non est huius loci, quod alij adiiciunt, fratres suos.

V. 14. Dum adiueret. Ita legunt Sixtina Biblia ex antiquis codicibus, vnam vocem adiueret, pro duabus adhuc viueret.

V. 23. Siccante Domino Deo vestro aquas eius in conspectu vestro, donec transiretis. Secunda persona non sunt mutanda in primis, nostro, nostro, transiremus.

CAP. V. v. 3. Fecit quod iussit Dominus. Non addas coniunctionem fecit; aut fecit quoque.

V. 6. Vt non ostenderet eis terram. Non est omittenda negatio.

CAP. VI. v. 2. Ecce dedi in manu tua Iericho. Antiqui libri legunt sextum casum, non quartum manus tuas.

V. 24. Et omnia que erant in ea. Proerant alij habent fuerunt, alij inuenta sunt: nam huiusmodi aliquid hebreicē subaudiendum relinquitur.

CAP. VIII. v. 5. Accedemus ex aduerso. Non est mutandum accedemus compositum àcedo, in ascendum compositum à scando.

V. 12. Inter Bethel & Hai. Scribendum est Bethel, quod significat domum Dei, non Bethauen, quod domum idoli seu iniquitatis.

CAP. IX. v. 8. Et vnde venisti? Non est mutanda copulativa in disjunctiuam aut.

V. 10. Qui erat in Astoroth. Nec hic numerus singularis erat in pluralem erant.

CAP. X. v. 14. Non fuit antea nec postea tam longa dies. Retinendum est nec, pro quo plerique habent &.

V. 23. Et eduxerunt ad eum quinque reges. Legendum est eduxerunt, non adduxerunt, quemadmodum & proximo verso educti non adducti; vocalis inquam secunda, non prima.

V. 41. Omnem terram Gosen vñque Gabaon. Causa legas Gesen, que est terra Egypti, pro Go-

sen, que est vrbis Chananae. Idem usu venit in-  
fia 11. v. 16.

C A P . X I . v . 8 . Ita percussit omnes. Ita  
non itaque legunt codices antiqui.

V. 19. Non fuit ciuitas que se tradiceret filiis Is-  
rael. Alij repetunt negationem, quæ non se tra-  
deret; minus integræ.

C A P . X I I . v . 2 . Vsque ad torrentem Ia-  
boc. Non mutes Iaboc, cum Ieboc, vocalem pri-  
marum cum secunda. Simile Iudicum 11. v. 13. 22.

V. 3. Ad orientalem plagam. Nequaquam scri-  
bendum est occidentalem, pro orientalem, id est,  
dorsum pro sursum.

V. 7. Vsque ad montem cuius pars ascendit in Seir. Non addas vel Libani, vel Hermon, quod multi codices (Vsque ad montem Libani) corrupse.

V. 8. In Asedoth & in solitudine. Causa ne-  
Asedoth mutes in Aseroth, id est, dinr, mutant  
in liquidam.

V. 15. Rex Odullam unus. Scribendum est  
vocali quarta Odullam vel Odollam, iuxta an-  
tiquos codices, non Adullam prima vocali, quam-  
uis Hebraea & istud patientur.

V. 22. Rex Cades unus. Alij legunt Cedes:  
utrumque permittunt Hebraea.

C A P . X I I I . v . 2 . Et dimidiæ tribui.  
Non addas Manasse.

V. 9. Quia sequutus Dominum Deum meum.  
Non mutes pronomen prime persona meum cum  
secundæ tuum.

C A P . X V . v . 1 . A termino Edom, deser-  
tum Sin. Sic omittere oportet vsque ad, quod alijs  
addunt Vsque ad desertum Sin.

V. 18. Quæ, cum pergerent simul, sua est à  
viro suo. Legendum est femininum quæ, iuxta  
veteres codices, non masculinum qui.

V. 23. Et Cades & Asor. Alij & Cedes, ut su-  
pra 12. v. 22.

V. 62. Ciuitates sex & villæ earum. Quod se-  
quitur in quibusdam libris sunt simili centum  
quindecim, superfluum est.

C A P . X V I . v . 2 . Et egreditur de Bethel  
Luza. Vocem Luza fernam vetera manuscripta  
äxerat; alijs declinantes scribunt Luzam.

C A P . X V I I . v . 4 . Deditque eis iuxta.  
Non est omittendum pronomen eis.

V. 12. Sed cœpit Chananaeus habitare in ter-  
ra sua. Pro sua reciproco, quod est in veteris lib-  
bris, in aliis est ipsa, in aliis ista.

V. 14. Quare dediti mihi possessionem. Non  
est addendum terram in: Q. d. mihi terram  
in possessionem.

V. 17. Ad dormum Ioseph, Ephraim & Ma-  
nasse. Non prponas & ante Ephraim.

C A P . X V I I I . v . 2 . Remanserant autem.  
Non mutes præteritum plus quam perfectum in  
perfectum remanserunt.

V. 4. Iuxta numerum vniuersusque multitudi-  
nis. Alij pro numerum, scribunt terminum,  
minus recte.

V. 28. Ciuitates quatuordecim & villæ earum.  
Sequitur in quibusdam libris fueruntque omnes  
ciuitates viginti sex, sed in singularium.

C A P . X I X . v . 8 . Contra australem pla-  
gam. Quod sequitur in quibusdam exemplari-  
bus fueruntque omnes ciuitates decem & septem,  
superfluit.

V. 11. Ascenditque de mari & Merala. Causa  
ne vitiis è scribas Medala pro Merala.

V. 12. In fines Cesælesthabor. Vetera ma-  
nuscripta habent plurale fines, pro singulari  
finem.

V. 15. Et Iedala & Bethlehem. Scribendum  
est Iedala, per d. mutam in secunda syllaba, &  
liquidam in tertia; non Ierala, per r. liquidam  
in secunda, aut Iedala per b. mutam in tertia.  
Scriptum enim est Ierala per r. liquidam, pro le-  
dala per d. mutam, quod est in aliis libris, & con-  
sentit Hebraeo. nam Iedala nullius est auctoritatis.

V. 19. Et Seon & Anaharath. Pro Seon qua-  
drilitero, non scribas Senon, neque Seron, quin-  
que literarum.

V. 46. Et Meiarcon & Arecon. In quibus-  
dam veteribus manuscriptis, pro Meiarcon legi-  
tur Aquæ Hiercon, qua interpretatio est prima  
syllaba Me.

C A P . X X . v . 4 . Stabit ante portam. Non  
est addenda coniunctio stabitque, tametsi Hebrai-  
cè legatur.

C A P . X X I . v . 4 . De tribibus Iuda & Si-  
meon. Legendum est plurale tribus, non sin-  
gulare tribu.

V. 21. Vrbes confugij Sichem. Alias annota-  
tum, in multis manuscriptis inueniri in numero  
sin gularem vrbis, pluralibus vrbis; similiter quo-  
que infra v. 27. 32. & 37. pro plurali ciui-  
tates, legi singulare ciuitatem aut ciuitas, quem  
admodum suprà v. 13. ab omnibus conser-  
legitur.

V. 36. De tribu Ruben ultra Iordanem contra  
Iericho ciuitates, refugij Bosor in solitudine Mi-  
for, & Iaser, & Iethson, & Mephaath, ciuitates  
quatuor cum suburbani suis. De vario huius ver-  
sus sive, lectio, interpunctione, omissione denig-  
itate ergo olim in Notationibus nostris. Romani  
Patres sequuti sunt quod maximè vulgatum est, ni-  
si quod pro posuerunt tribum Rubentribui Gadis.

C A P . X X I I . v . 7 . Ad occidentalem pla-  
gam. Non est addendum pronomen eius.

V. 13. Phinecus filius Eleazar sacerdos. Se-  
cundum casum sacerdotis, non vertas in quar-  
tum sacerdotem.

V. 17. Macula huius sceleris in nobis perma-  
net. Nequaquam commutandum est pronomen  
prima personæ nobis, cum secunda vobis.

V. 22. Fortissimus Deus Dominus, fortissimus  
Deus Dominus. Hoc ita geminandum est, mini-  
me alterum omittendum.

C A P . X X I V . v . 27 . Quod audierit on-  
nia verba Domini. Retinendum est singulare au-  
dierit, non mutandum in plurale audierint.

## IV D I C E S :

C A P . I . v . 30 . Cetron & Naalol. Pro Ce-  
tron male scribunt quidam Theron, in  
quam pro c; rursus pro Naalol, Naalon,  
id est, n. pro l.

V. 35. Quid interpretatur testaceo. Causa  
legas testatio, nomen verbale à testor, & ro testaceo  
nomine adiectivo à testa.

C A P . I I . v . 2 . Sed aras eorum subuertere-  
tis. Non mutes coniunctionem aduersariatum sed  
in copulatum &.

V. 19. Et multo faciebant peiora. Non com-  
mutes peiora cum maiora.

C A P . I I I . v . 3 . Atque Heuæum qui ha-  
bitabat in monte Libano. Seruandus est numerus  
singularis habitabat, loco pluralis habitabant,  
qui in aliis est libris.

V. 4. Vtrum audiret mandata Domini. In aliis  
est plurale audirent.

V. 24. In æstio cubiculo. Etiam in nostris an-  
tiquis manuscriptis inuenio cubiculo pro cen-  
aculo.

V. 30. Et quieuit terra octuaginta annis. Non  
addas a preliis.

C A P . I I I I . Debbara scribunt Sixtinæ Bi-  
blia, dupl. b, alijs simplici Debora, quidam ma-  
le Delbora.

V. 17. Erat enim pax. Retinenda est coniunc-  
tio rationalis enim, non mutanda in autem.

V. 21. Qui soporem morti consocians. In aliis  
est verbum implex socians.

C A P . V . v . 11 . Et clementia in fortis Israel.  
Spurium est quod quidam habent in portis pro in  
fortes: sed genitius fortis, quem alijs quidam le-  
gunt absque propositione, possit habere simili-  
tudinem veri.

V. 19. Reges Chanana in Tanach. Non scriba-  
tane pro Tanach.

C A P . V I . v . 32 . Qui suffudit aram eius.  
Antiqui libri scribunt compositum suffudit, pro  
eo quod alijs simplici fodit.

C A P . V I I . v . 3 . Et reuersi sunt de populo  
vigintiodie milia. Quidam boni libri habent neu-  
trum reuersi, pro masculino reuersi: porro de pra-  
ferendum est ipsi ex.

V. 5. Qui lingua lambuerint aquas. Non addas  
qui manu & lingua.

V. 23. Fugientes vsque ad Bethsetta. Non mu-  
tes Bethsetta in Bethsæca, id est, duplex t in c.

Ibidem. Persequebantur Madian. Sequitur in  
quibusdam libris. Et dedit Dominus vitoriam  
populo Israel in die illa, sed redundat.

C A P . V I I I . v . 7 . Cum ergo tradiderit Do-  
minus Zebee & Salmana in manus meas. Se-  
quitor in multis libris & cum reuersi fuerit vitor  
in pace, sed non est huius loci, at versus non  
subsequens.

V. 9. Dixit itaque & eis. Non omittas & pro  
etiam postum.

V. 10. Bellatorum edacentium gladium. Non  
interponas & coniunctionem.

C A P . I X . v . 4 . Dederuntque illi septuaginta  
pondi argenti. Scribendum est pondo indeclina-  
bile, non pondera.

V. 7. Audit me viri Sichem, ita audiat vos  
Deus. Non est addenda vacula vt: Ita vt audiat.

V. 20. Egrediatu dignis ex eo. Non est auferen-  
dum ex eo.

V. 39. Spectante Sichimorum populo. Pro spe-  
ctante quod est adspiciente, non substitutas ex-  
spectante.

V. 48. Quod me videtis facere, citò facite.  
Non est communandum præsens videtis, cum præ-  
terito viditis.

V. 49. Vt fumo & igne mille homines neca-  
rentur. Non mutes nominatum homines in ge-  
nitivum hominum.

C A P . X . v . 1 . In Samir montis Ephraim.  
Neque hic mutes genitivum montis in ablative  
monte.

V. 8. In terra Amorrhæi, qui est in Galaad. Pro  
qui, quod reser Amorrhæum, alijs legunt, qua,  
quod terram.

C A P . X I . v . 1 . Fuit illo tempore Iephete.  
Quidam addunt Fuit itaque illo in tempore.

V. 17. Dimitte me vt træsem per terram tuam.  
Non est omittendum pronomen me, nec proposi-  
tio per.

V. 24. Nonne ea que possidet Chamos. Non  
commutes præsens possidet, cum præterito possedit.

V. 39. Exinde mos increbuit in Israël. Scriben-  
dum est increbuit, non increvit.

C A P . X I I . v . 5 . Obscro vt me transire  
permittatis. Præferendum est plurale singulare  
permittas.

V. 13. Filius Illel. Alij minus recte filius  
Elel.

C A P . X I I I . v . 7 . Ex utero matris suæ. Non  
proponas coniunctionem &.

C A P . X I V . v . 3 . Et in omni populo meo.  
Non est substituendum pronomen secunde personæ  
tuo, proprie meo.

V. 6. Quasi hecund in frusta discerpens. Lege-  
discerpens, non decerpens aut decerpseret.

V. 9. Quod mel de corpore leonis assum-  
erat. Hec versu Interpres vertit corpore, non  
ore; versu proximè præcedenti, ore non cor-  
pore.

C A P . X V . v . 9 . Vbi eorum effusus est ex-  
ercitus. Alij pro composto effusus scribunt sim-  
plex fusus.

V. 14. Et sicut solent ad odorem ignis lina con-  
sumi. Legendum portius est odorem, quod est, odo-  
rante igne, quam ardorem, quod est, ardente seu  
comburente igne. Porro ligna scriptum ab aliis pro  
ligna, nullius est auctoritatis: non enim ita facile li-  
gina ab igne consumuntur, ut stuppe linea.

C A P . X V I . v . 9 . Qui rupit vincula, quo-  
modo si rumpat quis filum de stuppe tortum pu-  
tamine, cum odorem ignis accepit. Pro genitu-  
lo stuppe, alijs scribunt ablatum stuppa, & pro  
putamine, quod est cortice, legum sputamine, ac-  
ceptum pro sputo, quasi dicatur, filum sputo adhi-  
bito de stuppe tortum. Atque verisimilis est, In-  
terp. eten dicere voluisse, filum de vil. stuppa (est  
enim stuppe, quasi putamen, cortex & reculum  
lini) nam hebreæ non aliud legitur, quam filum  
stuppe. Iam vero odorem quod sequitur, nullo  
modo hic cum ardorem mutandum est, id est, quar-  
ta vocalis cum prima.

V. 13. Cui respondit Samson: Si septem. Qui-  
dam audiit inquit: Si, inquit, septem sed superflue.

C A P . X V I I . v . 9 . Et vtile mihi esse per-  
spexero. Pro perfexero, quo est videtur, non legas  
prospexero, id est, prævidero.

C A P . X V I I I . v . 5 . Ite in pace. Non scri-  
bas cum pro in.

C A P . X I X . v . 5 . Gusta prius pauxillum pa-  
nis. Non substitutas pauxillum pro pauxillum.

V. 8. Orote, inquit. Quidam scribunt obscro  
pro orote.

V. 11. Iamq; erant iuxta Iebus. Non substitutas  
verbum compositum aderant, pro simplici erant.

C A P . X X . v . 40 . Et vident quasi columnam  
fumi. Optatus præsens videtur, legendum  
est, non indicatiu præteritum viderunt.

C A P . X X I . v . 13 . Ve eos suscipere in pa-  
ce. Non mutes masculinum eos cum faminino eas.

V. 19. Et ad orientalem plagam. Alij omit-  
tunt &.

## R V T H.

C A P. I. v. 11. Non vtrā habeo filios. Non mūes p̄fens habeo, cū futūo habeo.  
C A P. I V. v. 3. Quibus sedentibus, Alij minūs apt̄, quibus residentibus.

V. 15. De nūru enim tua natus es, que te diligis. Noli substituere masculinū qui, pro famino que, aut futurū diligit, pro p̄fensi diligis.

V. 22. Isai genuit David. Non addas regem.

LIBER REGVM  
PRIMVS.

C A P. I. v. 9. Ante postē templi Domini. Retinendum est templi, non mutandum cum domus.

V. 18. Etilia dixit. Non scribas at aduersatum, pro & copulatiuo.

V. 19. Et venerunt in domum suam Ramatha. Non repetitur in ante Ramatha, sc̄i subauditur. Simile infra 2. v. 11.

V. 24. Et tribus modis farinæ. Non scribas vno modio, pro tribus modis, iuxta ea que alias annoiuimus.

V. 28. Quibus fuerit commodatus Domino. Alij legunt verbum compositum accommodatus, sed simplex commodatus est preferendum.

C A P. II. v. 17. Ovia retrahebant homines a sacrificio Domini. Alij legunt, Quia detrahebant homines sacrificio Domini.

V. 19. Ut in molare hostiam solemnem. Quid sequitur in quibusdam libris, & votum suum, superfluit.

V. 30. Sed quicunque glorificauerit me, glorificab eum. Non scribas honorificauerit, pro glorificauerit: nam & hebraicè vox eadem repetitur.

V. 34. Dicibus filiis tuis. Non omittas pronomen tuis.

C A P. III. v. 2. Heli iacebat in loco suo. Non est mutandum loco, cum lecto, lectulo, vel domo.

Sequitur: Et oculi eius caligauerant, nec poterat videre: lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. Hac genuina est vulgata editionis & lectionis & distinctionis, de qua olim nos latè in Notationibus nostris. Non itaque substituendus est quartus casus lucernam, pro primo lucerna, nec voci Samuel addenda coniunctio autem.

V. 17. Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te. Non est mutandum quem locutus est Dominus.

C A P. IV. v. 1. Et factum est in diebus illis, conuenerunt Philistini in pugnam. Quamvis hac verba à multis omitantur, quod sim dominus: non tamen visum est Romanis Patribus illa è medio tollere, eo quod græcè legitur. Quocirca etiam conseruentur scribunt, Et egrclus est Israel, coniunctionis copulativa, que est in gracis libris, loco rationalis namque, que est in plerisque latinis.

V. 9. Sicut & illi seruierunt vobis. Non est mutandum secunda persona pronomen vobis, cum prime nobis.

V. 13. Heli sedebat super sellam contra viam spectans. Pro simplici scriptis non substituus compositum expectans.

V. 20. Dixerunt ei quæ stabant circa eam. Cane mūes quæ femininū, cum masculinū qui.

V. 21. Translata est gloria de Israel. Non addas Domini.

V. 22. Et ait. Translata est. Non omittas conjunctionem prepositionam.

C A P. V. v. 6. Et ebullierunt villa & agri in medio regionis illius, & natī sunt mūes, & facta est confusio moris magnæ in ciuitate. De his verbis, tale fuit iudicium Romanorum Correctionum, quale supra 4. v. 1. Porro pro secundo casu magna, in aliis libris est primus magna, ut etiam græcè.

V. 9. Inieruntque Gethæ consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas. Et hæc verba, quamvis à quibusdam latinis libris hebreo constancie omittantur, tamen quia repensurunt in quibusdam græcis, non iudicarunt Romani expungenda. Similis ratio inferius occurrit plurium aliorum locorum, que non putauimus singula annotanda. Consilium quo illi moti fuerint, licet ex ea quæ his Biblio premiserunt prefatione intelligere.

V. 11. Dimitte arcam Dei Israel. Non est mutandum plurale dimittite cum singulari dimitte.

C A P. VI. v. 11. Et similitudines anorum. Retinendus & hic est numerus pluralis similitudines, non vertendus in singularē similitudinem.

V. 19. Percusit autem de viris Bethsamitibus. Non addas Dominus.

C A P. VII. v. 1. In domum Abinadab. Non mutes Abinadab, cuius secunda litera est b muta, cum Aminadab, cuius secunda litera est m liquida.

V. 10. Et cæsi sunt à facie Israel. Legendum est facie, quod est conspectu, non filiis.

V. 11. Egressique viri Israel. Non est mutandum viri in filiis.

C A P. VIII. v. 1. Posuit filios suos iudices Israhel. Non addas in prepositionem, ante vocem iudices, sed intelligas Israhel esse datiuū casus.

C A P. IX. v. 1. Filius Abiel, filij Seror. Pro Seror, in quo litera r repetitur, non est legendum Seror.

Ibidem. Filii Seror, filii Bechorath. Non addas, quod in quibusdam libris sequitur, filii Sareth.

V. 5. Cum autem venient in terram Suph. Nec quod addas, quod sequitur in quibusdam libris, & non inuenientur.

V. 7. Panis defecit in sitariis nostris. Alij pro sitariis legunt cistariis, vocem non intellexitam quasi à cista deriuantes, quæ componiunt ex eis sitares, quod frumentum græcè, & ægætis arcin quod sufficeret, est: unde nomen fæmininū Cæteræ sitaria, quod commeatum, & neutrū sitarium, quod peram significat saccum, aut vas, in quo ab itinerantibus reponitur commeatus, nam & hebraicè ad verbum legitur in vasis nostris.

V. 13. Quia ipse benedit hostiæ, & deinceps comedunt qui vocati sunt. Presentia benedit & comedunt, præferuntur futuri, benedicit, comedunt.

V. 19. Ut comedatis mecum hodie. Non est permutandum plurale comedatis, cum singulari comedas.

C A P. X. v. 2. In finibus Beniamin in meridie. Quid sequitur in quibusdam libris salientes magnas foceas, omitendum est.

V. 5. Post hæc venies in collem Dei. Non mutates verbum venies, in participium veniens.

V. 12. Et quis pater eorum. Duplex hic à quibusdam committitur vtiuum; Vnum, quod pro interrogatio quis, scribant nomen proprium petris Saul, Cis; Alterum, quod pro plurali eorum, supponant singulare eius.

C A P. XII. v. 6. Et eduxit patres nostros de terra Aegypti. Sequitur in quibusdam exemplaribus adeit, sed superflū.

V. 9. Magistri militiæ Hasor. Non addas regis ante Hasor.

V. 11. Et misit Dominus Ieroabaal, & Badan, & Iephete. Inter Badan & Iephete, multi libri interponunt, & Samson & Barac, sed obelo transfigodiendum.

V. 23. Absit autem à me hoc peccatum in Dominum. Seruandus est quartus casus Dominum, loco sexti Domino, qui est in aliis libris.

C A P. XIII. v. 7. In terram Gad & Gaalad. Non omittas prepositionem in.

V. 8. Iuxta placitum Samuelis. Quidam libri, pro placitum, scribunt pæctum.

V. 17. Et egredii sunt ad prædandum. Non substituas præliandum, quod est bellandum, pro prædandum, quod est prædas agendum.

Ibidem. Contra viam Ephra ad terram Saul. Nonnulli pro Ephra, supponunt Ephraim, nomen vnius ex duodecim tribus; & Saul nomen primi Regis Israel, pro Saul, utrumque vitiosè.

V. 18. Ad iter termini imminentis valli Sebōmon. Non interponas in terra Sabaa, quod quidam superflū.

V. 20. Et securim & sarculum. Nec hic interponas & tridentem, redundat enim, sumtum ex versu proximo.

C A P. XIV. v. 2. Quæ erat in Magron. Vnam vocem Magron, quidam in duas distinxerunt, agro Gabaa; male.

V. 13. Itaque alij cadebant ante Ionatham. Post itaque, non addas cum vidissent faciem Ionathæ, quod quidam.

V. 15. Et factum est miraculum in castris, per agros. Confodienda est & coniunctio, quam non nulli interciunt ante per agros.

Ibidem. Et conturbata est terra. Quidam pro terra existimarent substituendum castra: Et conturbata sunt castra; male.

V. 21. Vt essent cum Israel qui erant cum Saul & Ionatha. Nonnulli libri addunt & iis qui erant; alij mutant numerum pluralem erant in singularē erat; non animaduertentes, Israel possum est numero plurali, pro Israhelis.

V. 41. Da indicium. Quidam pro indicium, quod est signum, scribunt iudicium, minus recte.

C A P. XV. v. 6. Abite, recede, atque descendite ad Amalec. Non est scribendum discedite, quod idem unum cum eo est quod prædictum recide, sed descendite, compoſitum à scando.

V. 32. Pinguissimus & tremens. Non omittas posterius & tremens.

V. 33. Quid constituisset eum regem super Israhel. Pro pronomine cum non supponas nomen Saul.

C A P. XVII. v. 1. Conuerunt in Soccho Iudea. Non est scribendum Sochot, sed Soccho, vocali o, non t consonante, terminante vocem.

V. 5. Et lorica squamata induebatur. Magis proprium est squamata à squamis deductum, quam hamata ab hamis, quod est in aliis libris.

V. 52. Et vñque ad Geth. Non est omittenda coniunctio &.

V. 55. De qua stirpe descendit hic adolescens Abneri. Nec hic omitendum est nomen Abner.

C A P. XVIII. v. 6. Porro cum reuertere perculo Philistæo David. Quid sequitur in multis libris & ferre caput eius in Ierusalem, merito indicatum est superflue.

V. 20. Dilexit autem David Michol filia Saul altera. Legendum est primo casu filia Saul altera, non quarto filiam Saul alteram: ac prædicto intelligentum, David, quartie esse casus, non primi.

V. 27. Abiit cum viris qui sub eo erant. Non addas in Accaron.

V. 30. Et egredii sunt principes Philistinorum. Non omittas verbum substantium sunt.

Ibidem. Quam omnes serui Saul. Non mutes serui in viri.

C A P. XIX. v. 3. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum, in agro vñcumque fui. Legendum est fueris secunda persona, non tercia fuerit.

V. 5. Et posuit animam suam in manu sua. Non est mutandum pronomen terræ persona sua, cum secunda tua.

V. 11. Misit ergo Saul satellites suos. Non addas nocte, quod quidam.

V. 16. Et pellis caprarum ad caput eius. Retinendum est nomen singulare pellis pro plurali pelle.

V. 24. Et cecidit nudus tota die illa & nocte. Causa scribas cecinit, quod est cantauit, pro cecidit, quod est iacuit.

C A P. XX. v. 6. Si respiciens requisierte me patruis. Non omittas respiciens.

V. 9. Abiit hoc à te. Legendum est pronomen secunda persona te, non prima me.

V. 19. In die qua operari liceret. In quibusdam, pro pronomine qua, est aduerbiu quando.

V. 29. In civitate. Non addas pronomen mea.

C A P. XXI. v. 4. Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus. Quid sequitur in quibusdam libris manducent, merito transfigodi obelisco.

V. 5. Equidem si de mulieribus agitur. Non distrahas vocalam equidem, in duas & quidem.

V. 7. Potentissimus pastorum Saul. Quid subdant quidam libri hic pascebant mulas Saul, quam iustis de causis sublatum sit, alias ostendimus.

V. 8. Si habes hic ad manum hastam aut gladium? Non subicias da mihi, vt nonnulli.

V. 15. Hiccine ingredietur domum meam? Huius loco non scribas dimittere illum hinc, ne ingreditur domum meam.

C A P. XXII. v. 7. Audite nunc filij Iemi.

Non est addendum pronomen me.

V. 22. Sciebam in die illa. Nec hic addenda coniunctio enim.

C A P. XXIII. v. 22. Et considerate locum vbi sit pes eius. Neque hic aduerbiu velocius.

Sequitur: Vel quis viderit eum ibi. Quid sequuntur quidam libri, vbi dixisti, nec hoc addendum est.

V. 23. Quid si etiam in terram se abstruderit, perscrutaborum. Legendum est abstruderit, com-

positum ex abs & trudo, non obstruxerit, compo-  
suum ab ob & struo. Hebraicæ ad verbum: Quod  
si etiam in terra fuerit.

V. 26. Erat Saul. Non addas & viri eius.

C A P . X X I V . v . 7. Quia christus Dominus est. Subsequitur in multis libris: Viuit Dominus, quia nisi Dominus perculserit eum, aut dies eius venerit ut moriatur, aut descendens in prælium perierit, propius mihi sit Dominus, ut non muttam manum meam in christum Domini: verum haec sunt huius loci, sed eius qui infra 26. v. 10. i.

V. 8. Et confregit David viros suos sermonibus. Non addas istis.

V. 9. Surrexit autem & David post eum. Non omittas &c.

C A P . X X V . v . 6. Et omnibus quæcumque habes sit pax. Subiecti sunt multi libri Ex multis annis saluos faciens tuos & omnia tua: sed redundat, merito & sublatum est.

V. 7. Audiui quod tonderent pastores tui. Non est addendum greges tuos.

V. 31. Recordaberis ancillæ tuae. Superfluit, quod subdunt quidam codices & tu benefacies ei.

C A P . X X V I I . v . 3. Ipse & viri eius, vir & domus eius. Non oportet omittere nomen viri numero singulari repetitum.

V. 8. Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus. Non est mutandum pagi, in vagi, quod est vagabundi; nec passuum habitabantur in actuum habitabant: quoniam ac innum hebraicæ legatur, ubi non additur pagi.

V. 9. Et percutiebat David omnem terram. Non addas illorum.

C A P . X X V I I I . v . 3. Et Saul abstulit magos & ariolos de terra. Subiiciunt multi codices Et interfecit eos qui pythones habebant in ventre: verum illud in iste confessum obelisco, omission est.

C A P . X X X . v . 3. Cum ergo venissent David & viri eius. Correctores merito prætulerunt plurale singulari venisset.

V. 10. Ipse & quadringenti viri. Non addas cum eo.

V. 12. Quæ cum comedisset. Non commutes neutrum plurale qua cum masculino singula- ri qui.

V. 19. Nec defuit quidquam à pario usque ad magnum. Correctores prætulerunt neutrum quidquam masculino quisquam.

V. 27. Et qui in Iether. Huius proprii nominis prima litera est I, non G, Gether.

V. 31. David ipse & viri eius. Non omittas pronomen ipse.

C A P . X X X I . v . 4. Arripuit itaque Saul gladium. Non addas suum.

V. 7. Videntes autem viri Israel. Non est mutandum viri cum filii.

V. 12. Veneruntque Iabes Galaad, & combusse- runt ea ibi. Ut verbo venerunt non est addendum nomen viri: ita omittendum est nomen igni, quod quidam apponunt aduerbio ibi.

## L I B E R R E G V M

### S E C V N D V S.

C A P . I I . v . 13. Hi ex una parte piscinæ, & illi ex altera. Præter ex non est communan- dum cum in.

V. 24. Itineris deserti in Gabaon. Non preponas & coniunctionem.

C A P . I I I . v . 1. Interdomum Saul & inter domum David. Non anteponas David, quod alij.

V. 7. Respha, filia Aia. Quod sequitur in quibusdam libris, ingresusque est ad eam Abner, obelisco iugulandum est.

V. 12. Misit ergo Abner nuncios ad David. Non addas in Hebron, quod quidam.

V. 23. Et Ioab & omnis exercitus qui erat cum eo, postea venerunt. Non mutas erat singulare, in plurale erant, nec præteritum perfectum vene- runt, in plusquam perfectum venerant.

C A P . I V . v . 6. Ingressi sunt autem domum latenter. Nec vox domum nec vox latenter omittenda sunt.

C A P . V . v . 9. Habitauit autem David in arce. Non adiicias Sion.

C A P . V I . v . 6. Postquam autem venerunt ad aream Nachon. Null modo scribendum est Nachor, ultima litera existente & ultima liquida-

rum; pro Nachon, cuius ultima litera est n, penultima liquidarum.

V. 12. Et omnia eius propter arcam Dei. Subiiciunt plerique codices: Dixitque David: Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam. sed merito censuerunt Romani Patres, hac omitenda, quemadmodum clarum fieri potest ex Notationibus nostris.

V. 13. Immolabat bouem & arietem. Singulare immolabat, non est communandum cum plurali im- molabant, nec post bouem addendum est, & ouem.

V. 14. Et David saltabat totis viribus ante Do- minum. Quod interiiciunt quidam percuriebat in organis armigatis, & inter David & saltabat, sup- pressit, in iste confessum.

V. 19. Et statim bubula carnis vnam. Scri- bendum est bubula, quod est bouina; non bubala, quod in istud statum est, dicendum est fore bubalina, si a bubala formaretur.

V. 21. Dixitque David ad Michol: Ante Do- minum. His verbis Ante Dominum, non prepo- nas. Viuit Dominus quia ludam: redundat enim, nec est de textu.

Ibidem. Et ludam & vilioriam. Causa scribas pro verboludam, nomen proprium Iudam.

C A P . V I . v . 10. Et habitabit sub eo. Noli hoc commutare cum. Et habitabo cum eo.

V. 23. Quem redemisti tibi ex Aegypto gentem & deum eius. Accusatiū singulares gentem & deum, non sunt vertendi in ablatis, siue singu- lares gente & deo, siue plurales gentibus & diis: multoq; minus, pro deum, scribendum est domum, id est, tabernacula, aut pro singulari eius plurale eorum.

V. 29. Et benedictione tua benedicetur. Non omittas coniunctionem &c.

C A P . V I I . v . 8. Tulit rex David as mul- tum nimis. Subiiciunt multi codices: De quo fecit Salomon omnia vasæ area in templo, & mare aeneum, & columnas, & altare: verum non est hu- ius loci, sed I. Paralip. 18. v. 8.

V. 13. Cæsis decem & octo milibus. Erroneum est, quod quidam libri legunt duodecim milibus, pro numero sequialtero, decem & octo milibus. Porro quod his subiungunt multi codices Et in Ie- belem ad viginti tria milia, adulterinum ac super- fluum est: quod unde fuerit natum, Notationes nostrar in varia Bibliorum lectiones docent.

C A P . X . v . 6. Et ab isto duodecim milia virorum. Vitiosè quidam decem scribunt, pro duodecim, maiore numero.

V. 15. Videntes igitur Syri, quoniam corruerunt coram Israel. Alij, quibusdam additis, habent: Vi- dentes igitur filii Ammon, quoniam Syrus expa- uit, & quoniam corruerunt coram Israel; sed minus sincerè.

V. 19. Timueruntque Syri auxilium præbere filii Ammon. Non omittas ultra.

C A P . X I . v . 2. Accidit ut surgeret David de strato suo. Non addas quadam die post accidit, nec mutes strato ablatuum neutrum secunda de- clinationis, cum stratu ablatario masculino quar- ta declinationis, qui non est latinus.

C A P . X I I . v . 1. Duo viri erant in ciuitate vna. Quidam libri his verbis preponunt: Reponde mihi iudicium: sed non est illud latine editionis.

V. 7. Tu es ille vir. Non subiicias qui fecisti hanc rem.

V. 14. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini. Non addas nomen ante Dñi.

V. 19. Cum ergo David vidisset fruos suos multistantes. Legendum est vidisset, quod est occu- lorum, non audiret, quod aurum.

V. 23. Nunc autem quia mortuus est, quare ie- iunem? Non est substituendum presentis indicatiui.

V. 25. Misi tibi in manu Nathan prophete. Nullo modo addas pronomen eum verbo mititi.

C A P . X I I I . v . 2. Et desperaret eam valde. Ut non est præponenda præpositio in pronomi- eam, ita non est omittendum aduerbiū valde.

V. 6. Et cibum capiam de manu eius. Non ad- das paratum post cibum.

V. 10. In conclave bis hoc versu positum ca- su quarto, non est corrigendum casu sexto, in conclavi.

V. 37. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus. Ad filium suum non addas Amnon: nec mutes cunctis cum multis.

C A P . X I V . v . 16. Et audiuit rex. Non est addendum verba.

V. 22. Fecisti enim sermonem serui tui. Non ad- das Domine mi rex.

C A P . X V . v . 2. Stabat iuxta introitum por- te. Non subiicias in via.

V. 7. Post quadragesima autem annos. Non est quadragesima mutandum cum quinque, nec cum sex, acne cum quatuor quidem: quamquam qua- tuor non careat sua probabilitate.

V. 10. Regnauit Absalon in Hebron. Legendum est præteritum regnauit, non futurum regnabit.

V. 14. Et impellat super nos ruinam. Retinen- dum est impellat, compositum à pello, non sub- sistendum impleat.

V. 23. Contra viam quæ respicit ad desertum. Non addas oliva post viam, quod nonnulli.

V. 24. Et deposuerunt aicam Dei. Non est re- petendum fodere post arcam.

V. 34. Scrutu tuus sum, rex. Quod sequitur in aliis libris patere mi vivere, superficit.

C A P . X V I . v . 1. Et vtre vni. Pro vtre non scribas duobus vtribus, ut multi.

V. 2. Responditque Siba. Non subiicias Do- mine mi rex.

V. 9. Quare maledicit canis hic mortuus do- mino meo regi? Retinendum est participium præteritum mortuus, non substituendum futu- rum moriturus.

V. 11. Quanto magis nunc filius Iemini? Ut non est communandum aduerbiū nunc cum pro- nomine hic: ita non est supplenda sententia additis his verbis maledicetur.

V. 12. Et reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Non est addendum nomendie: Die hodierna.

C A P . X V I I . v . 22. Donec dilucesceret. Quod subiiciunt quidam, antequam denudaretur verbum, spuriū est.

V. 28. Et frumentum cicer. Non addas oleo.

C A P . X V I I I . v . 3. Quia tu unus. Non ad- das solus, s. d. intelligas vnu positiū esse pro solus.

V. 22. Quid viscurere fili mi? Quod sequitur in aliis libris veni huc, redundat.

V. 29. Vidi tumultum magnum. Causa mutes tumultum, quod est turbam, cum cumulum, omis- sa litera.

C A P . X I X . v . 4. Fili mi Absalom, Absa- lom fili mi, fili mi. Non omittas postremum fili mi, tertio repetitum.

V. 10. Vlquequo filiis & non reducis regem? Subdum quidam libri Et consilium totius Israe- venit ad regem, sed merito omissum est.

V. 11. Ad regem in domo eius. Quod se- quirur in aliis libris quia dixerat rex, Hæc dicetis ad populum Iuda, superfluit, ac proinde merito & ipsum est omisum.

V. 31. Berzellai quoque Galaadites. Non ad- das Senex valde.

V. 39. Cumque transisset vniuersus populus & rex Iordanem, oscularis est rex Berzellai. Non in- terponas restitu & ante osculatus est.

V. 43. Decem partibus maior ego sum apud regem. Redundat quod quidam libri subiiciunt & primogenitus ego sum.

C A P . X X . v . 1. Reuertere in tabernacula tua Israe. Non est omittenda vox reuertere, quam Interpres explicatio causa addidit: qua ratione & pronomen tertii persona mutauit in se- cunda tua.

V. 10. Nec secundum vulnus apposuit, & mor- tuus est. Ut non est his verbis præponendum & mortuus est, ita post se unnon est omittendum.

V. 14. In Abelam. Non preponas aduerbiū vñq.

V. 18. Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perciebant. Quidam scribunt proficiebant, tamquam diceretur, illos sapientia profecisse, qui Abelam consuluerint: verum non proficiebant legendum est, sed perciebant, quod est finiebant, absoluiebant, negotium ceptum scilicet.

C A P . X X I I . v . 7. Et exaudiens de templo suo vocem meam. Nominis templo non addas epitheton sancto.

V. 15. Misit sagittas & dissipauit eos. Non ad- das pronomen suis, nomini sagittas.

V. 36. Et manuētudo tua multiplicauit me. Non est supponendum, pronomen prima persona mea, pro fecunde tua.

C A P . X X I I I . v . 1. Hæc autem sunt verba David nouissima. Dixit David filius I- saei. Hæc germana est & lectio & interpunctio: quare non est auerbiū nomen David priori loco, nec addendum relatiuum quæ ante dixit.

V. 8. Hæc sunt nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus. Non repetas nomen David ante participium sedens.

V. 12. Estituit est eum. Melius est tuitus, quām tutus, si grammaticos sequaris.

V. 15. Deliderauit ergo Dauid, & ait. Non intericias aquam de lacu, quod quidam.

V. 33. Semina de Orori. Scribendum est Orosi, non Oroti, r̄ liquida, non mutata.

C A P. XXIV. v. 1. Commouitque Dauid in eis dicentem. Non subiungas ad Iacob.

V. 18. Venit autem Gad ad Dauid in die illa. Non addas propheta ad nomen Gad.

V. 23. Omnia dedit Areuna rex regi. Non est omittendum vocabulum rex possum ante regi.

## LIBER REGVM

### TERTIVS.

C A P. I. v. 8. Et Semei, & Rei, & robur exercitus Dauid. Pro Rei non est subiunctum Cerethi & Pheleti; quod alij male: nec addendum omne ante robur, quod quidam superflue.

V. 13. Salomon filius tuus regnabit post me. Non preponas quod.

V. 34. In regem super Israēl. Non addas & Iudam.

V. 35. Et veniet, & sedebit super solium meum. Proveniet singulariter persona, non est subiunctum venientis, plurale secunda persona: denique nec addendum in Ierusalem.

V. 50. Et abiit tenuitq; cornu altaris. Post abiit, non addas in tabernaculum Domini.

C A P. II. v. 2. Confortare & esto vir. Non subiicias fortis, quod quidam.

V. 3. Et obserua custodias Domini Deitui. Qui existimarent custodias verbum esse, ei & preposuerunt ut coniunctionem, & postposuerunt non men mandara: falsi: nomen est enim.

V. 4. Si custodierint filii tui vias suas. Non est mutandum pronomen tertia persona suas in prima meas.

V. 28. Venit autem nuncius ad Ioab. Retinendum est nomen Ioab, non substituendum Salomonem, nec subdendum participium dicens. Leges Notationes nostras.

V. 42. Quacumque die egressus ieris huc & illic. Legendum est ieris ab eo, non fueris a sum.

V. 46. Qui egressus percussit eum. Pro egressus, quod est, postquam exiit, non est supponendum aggressus.

C A P. IV. v. 2. Azarias filius Sadoc sacerdos. Non mutes genituum sacerdotis, in nominativum.

V. 10. Ben-hesed in Aruboth. Non mutes Ben, quod significat filium, in Beth domum.

V. 19. In terra Seon regis Amorai. Non preponas & coniunctionem.

V. 21. Habens omnia regna. Redundat quod sequitur in quibusdam libris secum.

V. 24. A Taphia usque ad Gazam. Non preponas his verbis & coniunctionem.

V. 32. Et fuerunt carmina eius quinque & mille. Caus legas, sublata coniunctione, ut plerique, quinque milia, pro quoque & mille, quod est, quinque supra mille.

C A P. V. v. 1. Quod ipsum vnxilent regem. Non addas super Israhel.

V. 4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi. Non omittas Domibus.

V. 11. Corostritic, viginti milia. Alij minus congrue inueniunt ordinem viginti milia coros tricisi.

C A P. VI. v. 1. Aedificari cepit dominus Domino. Alij legunt actiuē aedificare cepit dominum Domino.

V. 8. Ostium lateris medij in parte erat dominus dextra. Non commutes parte, quod est latere; cum pariete seu muro.

V. 15. Operuit lignis cedrinis intrinsecus. Non preponas his verbis & coniunctionem.

V. 27. Ale autem altere. Non omittas altere.

V. 31. Et in ingressu oraculi fecit ostiola. Ve non est omittenda prepositio in, ita non addendum numerus duo ante ostiola.

C A P. VIII. v. 7. Et epistylia super columnas. Non addas fecit, sed subaudiens est proximo.

V. 9. Et extrinsecus vixque ad atrium maius. Pro extrinsecus, non est scribendum contrarium intrinsecus.

V. 23. Et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. Non est mutandum singulari cingebat cum plurali cingebant.

V. 24. Duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles. Romani Patres recte censuerunt legendum striatarum, quod est, stris ornatarum, non histriatarum aut iastriatarum, preposita una syllaba: qua de re nos alias latius scriptimus.

V. 25. Et stabat super duodecim boues. Legendum est numero singulari stabat s. mare, non plurali stabant.

V. 26. Due milia batos capiebat. Non addas & tria milia metretas, quod est. Paral. 4. v. 5. legitur, pro eo quod hic dicitur duo milia batos. Legge, se placet, Notationes nostras in hunc locum.

V. 35. In summitate autem basis erat quedam rotunditas dimidij cubiti. Legendum est, dimidij cubiti, non adiacentum, quod plerique, vnius & dimidij cubiti.

V. 47. Et posuit Salomon omnia vase. Non subiungas in domo Domini, quod quidam.

C A P. VIII. v. 2. In mente Ethanim. Non scribas, preposita litera B, Ethanim, pro Ethanim.

V. 23. Qui ambulabant coram te in corde suo. In aliis libris est presens ambulant, pro praterito imperfeto ambulabant.

V. 38. Cuncta deuotatio & imprecatio. Spuriū est, quod quidam scribunt, r̄ liquida, deuotatio, quod est consumtio, prot muta deuotatio, quod est votum sine oratio.

V. 60. Ut sciant omnes populi terrae. Non mutes ut coniunctionem causatiuam cum copulativa &c.

C A P. X. v. 14. Qod afferbatur Salomon. Non scribas offerebatur pro afferbatur, vocalem in quam quartam pro prima.

C A P. XI. v. 2. Et Sidonias & Hetthæas. Scribendum est Hetthæas, litera initiali H, & duplicato t (pro plerisque confuerit hec vox latine exprimi) potius quam Cethgas, quamquam ita scribatur Ezech. 16. v. 3.

V. 5. Sed colebat Salomon Astarthem deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. Non interponas & Chamos deum Moabitarum, redundat enim.

C A P. XII. v. 21. Electorum virorum bellatorum. Non addas coniunctionem & ante bellatorum.

C A P. XIII. v. 11. Narrauerunt patru suo. Non preponas his verbis & coniunctionem.

V. 23. Strati asinum suum prophetas quem reduxerat. Non est mutandum datiuus prophetæ, cum nominativo Prophetæ.

V. 25. Et diuulgauerunt in ciuitate. Non est scribendum quartus casus ciuitatem pro sexto.

V. 29. Ut plangeretur. Preferendus est numerus singularis plurali plangerent.

C A P. XV. v. 18. Dedit illud in manus. Non est preponenda coniunctione &c.

C A P. XVI. v. 24. Et vocavit nomen ciuitatis quam exstruxerat, nomine Semer Domini montis, Samaria. Et hic preferendus est casus accusatiuus Samaria, rectus à verbo vocavit, genitivo Samaria, recto ab altero nominum substantiuorum proximorum.

C A P. XVII. v. 12. Et faciam illum michi & filio meo. Correctores meritò mutarunt neutrum illud in masculinum illum, ita ut referatur ad panem.

C A P. XVIII. v. 9. Vade & dic domino tuo. Non preponas & dixit.

V. 22. Prophetæ autem Baal quadrangenti & quinquaginta viri sunt. Non addas prophetæ que lucorum quadrangenti, quod quidam.

V. 24. Optima propofitio. Non subiungas quam locutus est Elias, tametsi gracilegatur.

C A P. XIX. v. 1. Et quomodo occidisset vniuersos prophetas gladio. Ad vocem prophetas, non est addendum Baal.

V. 10. Quiadereliquerunt pactum tuum filii Israhel. Pronomen tuum non est mutandum cum nomine Domini.

V. 18. Osculans manus. Pro plurali manus, alijs habent singulare manum.

V. 19. Et ipse in duodecim iugis boum arantibus vnu erat. Correctores non iudicarunt omitendas has duas voculas iugis boum.

C A P. XX. v. 33. Frater tuus Benadad. Non est addendum vivit.

C A P. XXI. v. 1. Vinea erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrahel. Alij libri habent relatum femininum que, referens vineam: Correctores prætulerunt masculinum qui, referens Naboth.

V. 2. Argenti premium, quanto digna est. Non mutes ablantium quanto, cum accusatiu quantum.

V. 20. Et ait Achab ad Eliam: Num inuenisti me inimicum tibi? Verus Interpres vertit inimicum tibi, accusatiu casu: alij verterunt vocatio inimice mi?

V. 21. Ecce ego inducam super te malum. Non preponas Haec dicit Dominus.

C A P. XXII. v. 15. Et tradet eam Dominus in manus Regis. Non est omittendum pronomen eam.

V. 39. Et domus eburnea quam ædificauit. Quidam pro casu primo eburnea, scribunt secundum eburnæ.

## LIBER REGVM

### QVARTVS.

C A P. I. v. 17. Mortuus est ergo. Non mutes ergo, in autem.

C A P. IV. v. 42. Panes primitiarum, viginti panes hordeaceos. Redundat & coniunctio, que à quibusdam interponitur.

V. 43. Quantum est hoc, ut apponam centum viris. Non addas coram, quod quidam libri preponunt vocem centum.

C A P. VI. v. 13. Ecce in Dothan. Scribendum est Dothan dissyllabum, non triflyllabum Dothan, quod legitur Gen. 37. v. 17.

V. 15. Egressus vidit exercitum in circuitu ciuitatis. Alij scribunt egressus est viditque.

V. 27. Non te saluat Dominus: unde te possum saluare? Alij, hypostigmate postposito aduerbio non, scribunt presens imperativi saluet, pro praesenti indicatiu saluati: forte quia non intellexerunt prioris lectionis sensum, qui est: Dominus non saluat te, unde saluem te ego? Si Dominus non saluat te, unde ego?

C A P. VII. v. 6. Siquidem Dominus sonnit audiri fecerat. Non est mutandum infinitius passiuus audiiri cum actio audiire.

V. 17. In cuius manu incumbebat. Alij pro praterito imperfecto scribunt, plusquam perfectum incubebat.

Ibidem. Iuxta quod loquutus fuerat vir Dei. Non addas verbum prepositioni iuxta.

C A P. IX. v. 27. In ascensiū Gauer. Non mutes Gauer cum Gaber, id est, u cum b.

V. 29. Anno undecimo Ioram filii Achab, regnauit Ochozias super Iudam, venitque Iehu in Iezrahel. Pro numero undecimo, non est scribendum maior duodecimo: nec addendum est regis Israhel post Achab: denique nec mutandum quidquam iudicarunt Correctores in ita que consequuntur, tametsi in multis codicibus sit varietas, de qua nostra Notationes.

V. 32. Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi. Quod sequitur in quibusdam libris & dixerunt, haec est Iezabel, spuriū est.

C A P. X. v. 15. Numquid est cor tuum rectum. Non addas cum corde meo, quod quidam superfluit enim.

C A P. XI. v. 3. Porro Athalia regnauit super terram. Redundat quod additur à quibusdam libris septem annis.

V. 6. Tertia autem pars sit ad portam Sur. Non mutes Sur, quod est nomen portæ templi, cum Seir, quod est nomen montis Idum corum.

V. 9. Qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato. Pro quarto casu sabbatum, quidam scribunt sextum sabbato: sententia eadem una est: sed posteriori sabbato addita à nonnullis libris propositio est, obscurat sententiam.

V. 14. Et cantores & tubas prope eum. Causa scribas turbas, quod est, multiuidines, pro tubas, id est, buccinas.

V. 17. Inter Dominum & inter regem & inter populum. Tertiū repetenda est propositio inter.

C A P. XII. v. 8. Et instaurare sartæcta domus. Non est mutanda vox domus cum templi.

C A P. XIII. v. 19. Percussisse Syriam quando ad confumtionem. Legendum est confumtionem, quod est deletionem, porius quam confumtionem, quod est, finem.

C A P. XIV. v. 17. Vixit autem Amias, filius Ioa, rex Iuda, postquam &c. quindecim annis. Non scribas, addito denario, vi-

ginti-quinque pro quindecim.

V. 22. Ipse adificauit Aelath. Non est mutandum Aelath cum Ailam.

V. 25. Ionam filium Amathi prophetam. Preferendum est casus quartus secundo prophetæ.

C A P. X V. v. 12. Sedeunt super thronum Israel. Omittendum est de te, quod multi adiiciunt verbo sedebunt.

V. 18. Qui peccare fecit Israel cunctis diebus eius. Non est hoc cunctis diebus eius, addendum sequentibus Veniebat Phul.

V. 19. Veniebat Phul Rex Assyriorum in terram. Causa ne scribas nomen proprium Thersam, pro appellativo terram.

V. 20. Et non est moratus in terra. Idem hoc loco cauendum est.

C A P. X VI. v. 6. Et Idumaei veneruntur in Ailam. Quidam, pro Idumæi, scribunt Syri, quidam utroque coniungunt. Et Idumæi & Syri veneruntur in Ailam (qua de re in Notationibus nostris) Correctores eam lectionem prætulerunt, quae solos nominat Idumæos.

V. 29. Reliqua autem verborum Achaz que fecit. Non adicias & omnia ante qua fecit.

C A P. X VII. v. 9. Et offendenterunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum suum. Non iudicarunt Romani Patres, offendenterunt, mutandum cum operuerunt, aut irriterunt.

V. 19. Verum ambulauit in erroribus Israel. Rebus emendatum est, posito simplici verum, pro composto verutamen.

V. 24. Adduxit autem Rex Assyriorum de Babylone. Non addas nomen viros ante de Babylone.

C A P. X IX. v. 25. Eruntque in ruinam coluum pugnantium. Alij, pro simplici pugnantium, scribunt compositum compugnantium.

C A P. X X. v. 19. Sit pax & veritas in diebus meis. Non adicias verbo sic adverbio tantum.

C A P. X X I. v. 3. Misit Rex Saphan filium Asia. Non est scribendum Asia pro Asia, id est, duplex si pro illo.

V. 9. Ut distribueretur fabris à prefectis. Prepositio à non est communanda cum coniunctione ac.

V. 20. Omnia mala quæ inducatur sum super locum istum. Non mutes inducatur cum introducturus.

C A P. X X I I. v. 15. Et altare illud & excelsum destruxit. Non omittas posterius & possum ante excelsum.

V. 33. Vinxitque cum Pharao Necho in Rebla. Non augeas vocem Rebla una syllaba, Reblatha: quamquam utroque nomine eadem una citius significetur.

V. 34. Erudit in Aegyptum, & mortuus est ibi. Multilibri omittunt & mortuus est ibi. sed immortu.

C A P. X X I V. v. 14. Et omnem artificem & cluforem. Pro simplici clufore, alijs compotitum scribunt incluforem. Idem occurrit infra v. 16.

C A P. X X V. v. 19. Et sexaginta viros è vulgo. Male scribunt alijs libri, sex, pro sexaginta, quod est decies sex.

## LIBER PARALIPOMENON PRIOR.

C A P. I. v. 31. Ietur, Naphis, Cedima. Quidam male scribunt Iachur pro Ietur.

V. 32. Filii autem Dadan, Aflurim, & Latuslim, & Laomim. Censuerunt Romani Patres, versiculum hunc non esse omittendum, tametsi à multis omittatur: qua de re agunt nostra Notationes.

V. 38. Sebeon, Ana, Dison. Corruptè à quibusdam scribitur Ara pro Ana, id est, v pro n.

C A P. I I. v. 3. Hi tres nati sunt eis de filia Sue Chanantide. Scribendus est sextus casus Chanantide, non secundus Chanantide.

V. 6. Chalchal quoque & Dara. Vocem quadrilateram Dara, non augens d quinta litera, Darda.

V. 13. Secundum Abinadab. Non scribas Amnadanab, pro Abinadab, id est, m liquidam pro b muta.

C A P. I I I. v. 5. Quatuor de Bethsabee. Non scribas Berlsabee, quod nomen est puto Gen. 21. v. 31. pro Bethsabee, quod est nomen vxoris Vria.

V. 22. Et Naaria & Saphat, sex numero. Quidam addiderunt & Sela ante Ex, male, nomen Hebrewum appellatum, quod sex significat, accipientes pro proprio.

C A P. I V. v. 7. Sereth, Isaar, & Ethan. Non est scribendum, omissa littera initiali i, Sahar, pro Haar.

V. 20. Filij quoque Simon, Amnon & Rinna. Pro Amnon non scribas Ammon, duplicitum.

V. 22. Et Securus & Incendens. Causa scribas incendens, quod est ambulans, pro incendens, quod inflammas.

Ibidem. Et qui reuersi sunt in Lahem. Pro masculinis qui reuersi, non sunt substituenda feminina quæ reuersæ: nec omittendum relatum qui vel quæ: denique nec mutandum Lahem, cum Lchem, aut Bethlehem, tametsi idem forte locus his tribus nominibus significetur.

C A P. V. v. 10. Prælati sunt contra Agareos. Alij contra Agarenos. Prior scriptura hebraica proprijs respondet. Eadem varietas occurrit infra v. 19. &c.

V. 15. Fratres quoque filii Abdiel, filii Guni, principes domus. Non facile mutandus est numerus singularis in pluralem principes.

C A P. V I. v. 28. Filii Samuel, primogenitus Valseni, & Abia. Non est scribendum Ahia, pro Abia, id est, adspiratione h, pro muta b.

V. 62. Vrbes tredecim. Pro tredecim non scribas quatuordecim, ad auctio numero.

V. 75. Hucac quoque & suburbana eius. Male à quibusdam legitur Alach pro Hucac.

C A P. VII. v. 15. Machir autem accipit uxores filii suis. Non est mutandum plurale vxores singulari vxorem, tametsi hoc hebreice legatur.

C A P. VIII. v. 40. Usque ad centum quinquaginta. Non subiungas milia, quod prodigi quidam.

C A P. IX. v. 4. Othei filius Ammiud, filij Amri. Non mutes genituum filij cum altero nominatio filii.

V. 28. De horum genere erant. Nec hic mutes generem cum grege.

C A P. XI. v. 14. Hi steterunt in medio agri, & defendenterunt eum, cumq[ue] percussissent Philistinos. Numero plurali non est preferendum singularis hic stetit in medio agri, & defendit eum, cumq[ue] percussisset Philistinos.

V. 17. Desideravit igitur David. Non addas aquam.

V. 21. Et intertres secundos inclutus. Casus quartus numeri pluralis secudos, non est vertendus in primum casum numeri singularia secudos.

V. 22. Banaias filius. Ioiada viri robustissimi. Nec hic vertendus est secundus casus viri robustissimi, in primum viri robustissimus.

C A P. XII. v. 20. Principes millium in Manasse. Causa scribas militum, pro millium, quod est, chiliadum.

C A P. XIII I. v. 2. Cognovitque David quod confirmasset eum Dominus in regem. Non est addendum cō (cō quod confirmaret) tamquam causa derur.

V. 5. Iehabar & Elisua. Non addas & Eli.

C A P. X V. v. 5. Et fratres eius centum viginti. Non augeas numerum centenario, scribens ducenti, prout scribitur proximo verso pro certum.

V. 6. Et fratres eius ducenti viginti. Nec hic augeas numerum denario, scribens triginta, prout scribitur proxima verso, pro viginti.

V. 7. Et fratres eius centum triginta. Hic non minus numerum denario, scribens viginti, prout scribitur versibus superioribus, pro triginta.

V. 24. Et Obededom & Iehias erant Ianitores arcae. Pro Iehias non scribas Achimaas.

V. 26. Arcam fœderis Domini. Non omittas fœderis.

C A P. XVI. v. 29. Date Domino gloriam nomini eius. Nec hic omittas Domino.

V. 37. Reliquit itaque ibi. Hic non est scribendum dereliquit decompositum, pro compotio reliquit.

C A P. XV I. v. 5. Ex eo tempore quo eduxi Israël. Non est addendum de terra Aegypti, sed subaudiendum.

C A P. XVIII I. v. 5. Syrus Damascenus. & v. 6. Et posuit milites in Damasco. Quidam auditua una litera r, scribunt Damascenus & Damasco, ut est hebreice, sed quia eadem urbs significatur, cuius nomen absque litera r celebrius est, prout at retinere quod est notissimum.

C A P. X X . v. 5. In quo percussit Adeodatus filius Saltus Bethlehemites fratrem Goliathem Gethæ. Multe sunt hic varietates. In primis omittitur à quibusdam nomen Saltus, sed immixti. Deinde pro Bethlehemites, quidam scribunt Lehemites, ut nec hebreice additur beth:

verum illud huius expositio est. Adhuc alijs, nominatum Bethlehemites, mutant in genitum Bethlehemites aut Lehemites: quo modo licet ex Hebreo vertere. Insuper sunt qui mutant in accusatum Bethlehemites aut Lehemites.

verum illud huius expositio est. Adhuc alijs, nominatum Bethlehemites, mutant in genitum Bethlehemites aut Lehemites. Porro qui scripserunt Lahami, vocem hebream, ita ut hebreice legitur, supponere studuerunt. Postrem, secundum casum Gethæ, alijs commutantur cum quarto Gethæum, quid hebreæ utrumque patiuntur. Legat qui voleret nostraras in variis Bibliorum lectiones Notationes.

C A P. XX I. v. 5. De Iuda autem quadringenta. Non supponas minorem numerum trecenta, promissori quadringenta, ut quidam.

V. 12. Elige quod volueris, aut tribus annis famem, aut tribus mensibus ut fugere hostes tuos. Pro famem, quidam scribunt pestilentiam famis, minus redē: plerique vero pestilentiam tantummodo, nulla addita mentione famis, idq[ue] pessimè.

Ibidem. Aut tribus diebus gladium Domini, & pestilentiam versari in terra. Non mutes nomen pestilentiam, cum nomine mortem, quod illi faciunt qui mox suprà pestilentiam male scripserant.

V. 30. Nimio enim fuerat timore perterritus. Non præponas nomini timore, præpositionem in.

C A P. XX II. v. 5. Domus autem, quam adificari volo Domino. Non mutes passuum sedificari in actuum adificare.

C A P. XX III. v. 3. Numeratique sunt Leuitæ à triginta annis & luprà. Non diminuas numerum decade una, scribens viginti pro triginta, ut multi.

V. 5. Et totidem psaltæ canentes Domino in organis Grammatica exigunt ut psaltae legatur non plantes, plurale inquam, non singulare.

V. 29. Et ad lagana azyma & lartaginem, & ad torendum. Non interponas coniunctionem & ante azyma, quod plerique. Denique non iudicarunt Correctores, ad torendum, mutandum cum adseruentem similam, vel ad feruentem tantummodi, multo minus utramque lectionem copulandam, ut illi faciunt de quibus nostra Notationes.

C A P. XX IV. v. 23. Filiusque eius Ierius primus, Amarias secundus. Non omittas vice primus, ut ab interprete datam, quamvis hebreice non legatur.

C A P. XX V. v. 1. Nomen matris eius Ioadan. Penultima litera huius nominis proprij, quibusdam libris est vocalis prima a, quibusdam secunda e. Sed perperam scribunt illi libri quimodo huius nominis interseruant. Ioadan aut Ioaden.

V. 2. Sub manu Asaph prophetantis iuxta regem. Non mutes genituum singularem prophetantis, in nominatum pluralem prophetantes, quod multi.

V. 5. Omnes isti filii Heman Videntis Regis.

Nec hic mutes Videntis, in Videntes, quod similiter multi.

C A P. XX VI. v. 7. Fratres eius viri fortissimi. Non præponas his verbis coniunctionem copulativa.

V. 22. Et Ioiel fratres eius. Non iudicarunt Correctores, numerum pluralem fratres, commutandum cum singulari frater, ut nec v. 25 subsequenti: Fratres quoque eius Eliezer.

V. 28. Omnes qui sanctificauerant ea. Non est mutandum relatum qui, in coniunctionem copulativa encliticam que.

V. 29. Chonenias & filii eius. Non est substitendum tertio casu filii, pro filii primo casu.

C A P. XX VII. v. 5. Banaias filius Ioiada sacerdos. Nec hic, secundo casu sacerdotis, pro primo sacerdos.

V. 16. Porro tribibus prærant Israel. Non ad das in præpositionem ante Israel.

V. 31. Iaziz Agareus. Alij Agarenus, ut supra v. 10.

C A P. XXVIII. v. 6. Domum meā & atria mea. Causa scribas altaria, quod est aras, pro atria.

V. 16. Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensarum. Plurale mensas, non est mutandum cum singulari mensam, nec pro voce mensarum, substituenda est vox mensarum à metiendo dicta.

C A P. XXIX. v. 6. Et principes possessionum Regis. Nominatio principes, non est addendum genitius principum.

LIBER  
PARALIPOMENON  
POSTERIOR.

CAP. I. v. 1. Et Dominus Deus eius erat cum eo. Non omittas Deus eius.

V. 17. Similiter de viuieris regnis Hethorium. Alij codices scribunt Cethorum, vide 3. Reg. II. v. 2.

CAP. I. I. v. 10. Et hordei coros totidem, & vini viginti milia metretas. Mirum est omitti à plerisque libris illud & vini viginti milia metretas, contra hebraici fontes & græca interpretationis fidem.

V. 14. Qui non operari in auro &c. & qui scit celare omnem sculpturam &c. Praferendis sunt indicati nouit & scit, coniunctus, nouerit, sciat.

V. 18. Qui lapides in montibus caderent. Præserenda est præpositio in præpositione de.

CAP. I. V. v. 7. Secundum speciem qua iusserant fieri. Non mutes duas voculas plurales iusta erant, cum una singulari iusserat.

V. 13. Malogranata quoque quadringenta. Quidam male mutatis centenariis in denarios, scribunt quadraginta pro quadringenta.

CAP. V. v. 14. Nec possent stare sacerdotes. Non est mutandum nec negantis, cum ne prohibentis.

CAP. VI. v. 9. Sed non tu ædificabis domum, verum filius tuus. Male quidam legunt, compositem veruntamen, pro simplici verum.

V. 16. Ita tamen si custodiret filii ui vias suas. Retinendum est pronomen tertia persona suas, non substituendum pronomen primo meas.

V. 19. Et audias preces quas fundit famulus tuus coram te. Præfens fundit, non est mutandum cum præterito fudit.

V. 42. Ne auerteris faciem Christi tui. Alij scribunt auferis ab auerso, pro auerteris ab auerto.

CAP. VII. v. 18. Non auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israhel. Non est repetenda negatio ante verbum sit: Qui non sit.

V. 20. Quam sanctificauit nomini tuo. Non scribas adificauit, pro sanctificauit, quod est, dedicauit.

CAP. I. X. v. 29. Reliqua vero operum Salomonis priorum & nouissimorum. Non potest scribi opera nominatio casu, absque offensa grammaticæ.

CAP. X. v. 10. At illi responderunt ut iuuenies. Interpres addidit ut, tametsi hebraice non legatur.

CAP. XI. v. 4. Revertatur unusquisque in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Immerito versiculos iste a quibusdam omittit.

V. 12. Sed & in singulis viribus fecit armamentarium scutorum & hastarum. Non est mutandum singulare armamentarium, cum plurali armamentaria.

CAP. XII. v. 12. Siquidem & in Iuda iuuentu sine opera bona. Non est omitendum & pro etiam positum.

CAP. XIII. v. 3. Electorum quadringenta milia: Ierobeam instruxit eum contra aciem, octingenta milia virorum. Quidam, procentenarius denarios numerantes, scribunt quadraginta & octoginta milia, abserriti multitudine.

V. 17. Et corruerunt vulnerati ex Israhel, quingenta milia virorum fortium. Ut non superiori loco, ita nec hoc, mutandus est numerus maior quingenta, in minorem quinquaginta.

CAP. XIV. v. 8. Duecenta octoginta milia. Non minus numerum denario, pro octoginta scribens septuaginta, ut quidam.

CAP. XV. v. 1. Azarias autem filius Oded. Quia nomen Oded, scriptum quatuor literis à se mutò diversis, longè celebrius est in veteri Testamento libris, quam nomen Oded, quod constat à litera repetita, idcirco quidam hic Oded commutariunt cum Oded. Idem accidit, infra v. 8.

V. 4. Cumque reuersi fuerint in angustia sua. Quod subiunctum quidam & clamauerint, superfluum est.

V. 19. Bellum vero non fuit usque ad trigeminum quintum annum regni Asa. Non est omitendum minor numerus quintum.

CAP. XVI. v. 2. Qui habitabat in Damasco. Alij, addita una litera, Darmasco scri-

bunt, ut suprà 1. Paralipom. 18. v. 5.

V. 8. Quos, cum Domino credidist, tradidit in manus tua. Non addas in præpositionem ante Domino, ut alijs.

V. 13. Et mortuus est anno quadragesimo primo regni sui. Non est auferendus minor numerus primo, quod quidam faciunt.

CAP. XVII. v. 14. In Iuda principes exercitus. Non est mutandum principes numeri pluralis, cum princeps singulari.

CAP. XVIII. v. 2. Et populo qui venerat cum eo. Non scribas plurali numero venerant.

V. 4. Dixitque Iosaphat. Non omittas coniunctionem que.

CAP. XX. v. 15. Et qui habitatis Ierusalem.

Non addas præpositionem in ante Ierusalem.

V. 16. Cras descendetis contra eos. Retinendum est descendetis, deorsum inquam; non supponendum adscendetis sursum.

V. 24. Porro Iuda cum venisset ad speculum. Pro speculum, quod significat locum unde licebat speculari, alijs insiepe correxerunt speluncam, quod est, cavernam.

V. 36. Et particeps fuit ut facerent naues. Non mutes plurale cum singulari faceret.

CAP. XXI. v. 3. Multa munera argenti & auri & pensitationes. Alij detracta una syllaba scribunt pensationes. significatur id, quod, detracta & altera syllaba, vulgo dicitur pensiones.

V. 4. Surrexit ergo Ioram. Non mutes ergo cum autem.

CAP. XXIII. v. 8. Cum his qui impleverant fabbachum & egrelium erant. Non est mutandum, participium futurum egesluri, in participium præteritum egesi.

V. 11. Et imposuerunt ei diadema & testinium, dederuntque in manu eius tenendam legem. Tamen multi Latinorum codicum omittant ilud & testimoniū, quidam vero eius loco omittant id quod sequitur dederuntque in manu eius tenendam legem: neutrū tamen omittendū conferunt Corretores, ut unum alterius, id est, postrius priori, expostionem.

V. 18. Sicut scriptum est in lege Moysi. Non est scribendum libro pro lege.

CAP. XXIV. v. 5. Ad sartaceta templi Dei vestri. Non est mutandum pronomen secundus & personae in prima nostra.

V. 8. Iuxta portam domus Domini. Non oportet omittere nomen domus.

V. 14. Et ad holocausta. Non auferas coniunctionem & præpositam.

V. 23. Milie runtri in Damascum. Alij Damascum, ut suprà 16. v. 2., & ubique in his Paralipomenon libris.

CAP. XXV. v. 1. Nomen matris eius Iordan. Non scribas Iordan, addita altera i.

V. 5. Inueniuntque trecenta milia iuuenum. Non diminuas numerum, decades pro centuriis numerando, tricentia pro trecentis.

CAP. XXVI. v. 17. Etcum eo sacerdotes Domini octoginta. Nec hic minus numerum denario, scribens septuaginta pro octoginta.

CAP. XXVIII. v. 9. Prophetæ Domini nomine Oded. Et huc scribendum est Oded, repetitio, non Oded, quemadmodum suprà 15. v. 1.

V. 12. Et Amala filius Adali. Nomen Amasa non augens quartu syllaba Amasias.

CAP. XXIX. v. 3. Ipse anno & mensa primæ regni sui. Non mutes nominativum ipse in ablativum ipso.

V. 4. Et congregauit eos in plateam Orientalem. Nomen plateam non mutes in partem seculatus.

V. 24. Et asperserunt fanguinem eorum coram altari. Non faciliter omittendum est coram.

V. 25. Secundum dispositionem David Regis & Gad Videntis. Non transponas nomen Regis, è suo loco in ultimum, tametsi ultimo loco legitur hebraicè.

V. 27. Quia David rex Israhel præparauerat. Alij pro præparauerat, legunt repercat: nam hebraicè nihil aliud est, quam Davidis regis Israhel.

V. 30. Qui laudauerunt eum. Nec omittas pronomen eum, nec eis loco scribas Deum.

CAP. XXX. v. 3. Non enim potuerant facere in tempore suo. Non mutes potuerant in occurrerant, ut multi.

V. 17. Qui tradidit eos. Non est mutandum qui relativum, cum & coniunctione.

V. 24. Ezechias enim Rex Iuda. Coniunctio enim rationalis, non est mutanda in coniunctione autem.

CAP. XXXII. v. 15. Cunctarum gen-

tium atque regnum. Scribendum est regnum, non regionum, quod est prouinciarum.

V. 19. Locutusque est contra Deum Ierusalem. Non mutes nomen urbis Ierusalem, cum nomine genis Israhel.

V. 29. Et vrbes ædificavit sibi. Non addas certum urbium numerum sex.

CAP. XXXIII. v. 8. Et moueri non faciam pedem Israhel de terra. Pro passu moueri non supponas actuum mouere.

Ibidem. Atque iudicia, per manum Moysi. Non interponas que mandauit, sed subandias.

CAP. XXXIV. v. 3. Et duodecimo anno postquam regnare coeparat. Non omittas infinitum regnare, quem interpres cum Lxx addidit claritas causæ.

V. 4. Et super tumulos eorum. Cœne scribas cumulos seu aceruos, pro tumulos, quod est sepulchra.

CAP. XXXV. v. 8. Sponte quod voleant obtulerunt. Quidam pro voleant scribunt volebant.

V. 9. Et Semeias, etiam Nathanael. Alij Et Semeias etiam & Nathanael.

V. 15. Prophetarum Regis. Retinendum est numerus pluralis prophetarum, non mutandum cum singulari prophetæ: nec addendum Daud nominis Regis.

CAP. XXXVI. v. 8. Et quæ inuenta sunt in eo. Participium neutrum inuenta, non est comutandum cum feminino inuenta.

V. 10. Qui adduxerunt eum in Babylonem. Non interponas &c: Qui & adduxerunt.

Ibidem. Regem vero constitut Sædeciam patrum eius. Retinendum est nomen patrum, quod est, patris fratrem: sic enim rectè exposuit Interpres, quod hebraicè legitur fratrem.

V. 17. In domo sanctuarij sui. Non omittas pronomen sui.

## LIBER EZRAE I.

CAP. I. v. 5. Ut ascenderent ad ædificandum. Retinendum est plurale ascenderent, non mutandum in singulare ascenderet.

CAP. II. v. 2. Qui venerunt cum Zorobabel, Iose, Nehemia. Pro Iose alijs libri habent Iesua, quomodo Hebrei hic legunt.

V. 6. Duo milia octingenta duodecim. Non angreas numerum centuria una, scribens nongenti, pro octingenti.

V. 16. Qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. Non sunt scribenda centuria loco decadum, non nongenti octo pro nonaginta octo.

V. 36. In domo Iose. Alij Iose, mutata vocali quarta in secundam. Idem infra v. 40.

V. 66. Equi eorum septingenti tricentia sex. Non minuas numerum uno centenario, scribendo sexcenti pro septingenti.

V. 69. Auri solidos sexaginta milia & mille. Multa nos agimus in Notationibus nostris de germa huius loci editione: sed Romani patres, eam qua maiorem numerum, sexaginta inquam, scribit, pratulerunt ei qua non nisi quadraginta recesserunt.

CAP. III. v. 7. Ad mare Ioppe. Legendum est Ioppe acceptum secundo casu, potius quam quartu casu Ioppen.

CAP. IV. v. 23. Coram Reum Beelteem. Non iudicarunt Correctores omittendum Beelteem.

CAP. V. v. 13. Ut domus Dei huc ædificaretur. Non omittas pronomen hoc.

CAP. VI. v. 15. Qui est annus sextus regni Darii regis. Nequaquam auferenda est vox regni.

V. 17. In dedicationem domus Dei. Alij, pro quartu casu legum sextum dedicatione.

CAP. VIII. v. 3. De filiis Sechenæ, filiis Pharos. Non interponas & coniunctionem.

CAP. IX. v. 1. Et abominationibus eorum. Non addas præpositionem de.

V. 8. Et daret nobis paxillus. Loco unius vocis paxillus, quod id est quod palus, non sunt scribenda duo pax illius.

V. 9. Sed inclinavit super nos misericordiam. Non mutes aduersatiuam sed, cum copulatiuam &c.

Ibidem. Et daret nobis sepiem. Non est mutandum & copulatiuum cum ut causatiuo: sed plurimum falsi fuerunt, qui sepiem, quod est macciam seu murum, extracta una litera mutarunt, in spem, quod est, fiduciā.

V. 11. In coinquinatione sua. Non omissas præpositionem in.

C A P. X. v. 1. Sic ergo orante Esdra & implorante eo. Pronomen s. xti casus co., ut non est verendum in quatum casum cum, ita nec in nomen Deum.

V. 13. Et eorum qui timent præceptum Domini. Verbum timent, quod est metunt, non debet mutari in tenet, quod est, custodiunt.

V. 14. Eliezer, Iosue. Pro Iosue, in aliis est Iosue, quemadmodum suprà 2. v. 36., quamquam voces, qua nunc hebraicè utroque loco leguntur, plurimum differant.

## E Z R A E II.

C A P. I. v. 2. Ipse & viri ex Iuda. Non est omittenda præpositio ex.

C A P. II. v. 8. Ut regere possim portas turris domus. Non est addendum templi, nec mutandum turris singulare cum plurali turres, hoc modo: Portas templi, turres domus.

C A P. III. v. 6. Ipse texerunt eam. Protegerunt, quod est præteritum a teo, non scribas texerunt, præteritum a teo.

V. 25. Phalel filius Ozi. Non preponas post eum adificauerunt.

V. 28. Sursum autem à porta equorum adificauerunt sacerdotes. Pro à porta sexto casu, non est substituendum ad portam, quarto.

V. 30. Et scriba vendentum. Scribendum est scriba, quod est veteramenta omnifaria; non, omessa littera, lucta, id est, arma quibus corpus pugnantes tegunt.

V. 31. Et inter cœnaculum anguli. Præpositio inter non est commutanda cum vique ad.

Ibidem. Adificauerunt aurifices & negotiatores. Retinenda est vox aurifices ab auro deducta, non supponenda artifices ab arte.

C A P. I. V. v. 4. Audi Deus noster. Non preponas & dixit Nehemias, quod quidam.

V. 22. Et sicut nobis vices per noctem. In locum nobis prima persona, non est surrogandum pronomen secunda vobis.

C A P. VI. v. 2. In viculis, in campo Ono. Caeue ne scribas vitulus, ut plerique, pro viculis, diminutivo à vicis.

C A P. VII. v. 7. Qui venerunt cum Zorobabel. Non mutates perfectum in plusquam perfectum venerant.

V. 12. Filij Aelam, mille ducenti quinquaginta quatuor. Non augeas numerum sexcentis, scribendo octingenti producenti.

V. 21. Filij Ater, filij Hezeciae, nonaginta octo. Alij pro decadibus centuriis numerant, dum male scribunt nongenti octo pro nonaginta octo.

V. 39. Filij Idaia in domo Iosue. Alij pro locuſ legunt Iosua. Simile 1. Ez. 2. v. 36.

V. 66. Quadragesima duo milia trecenti sexaginta. Non duplices numerum trecenti legendo lexi- centi, ut multi.

V. 67. Huc usque refertur quid &c. Hac verba, Correctorum iudicio, non sunt omittenda, quippe ab Interpretate addita: de quibus nos copiosè in Notationibus.

C A P. VIII. v. 1. Et venerat mensis se- primus. Quod subiiciunt quidam libri, scenopegia sub Ezra & Nchemia, adulterinum est.

V. 6. Et benedixit Ezra domino Deo magno. Pro epiphetho Dei magno, non sunt reponenda di- diuncula voce magna.

C A P. IX. v. 5. Benedicite domino Deo vestro. Non mutates pronomen secunda persona & vestro, cum prima nostro.

V. 8. Hethæ & Amorrhæi. Non interponas & Heuæ, quod multi.

V. 32. Et prophetas nostros, & patres nostros. Non est omittendum posterius & patres nostros, quod quidam faciunt.

V. 35. Et ipsi in regnis suis. Superfluit, quod in quibusdam libris sequitur, adiectuum bonis.

C A P. X. v. 24. Rehum, Hasebua, Maasia. Non oportet auferre medium nomen Hasebua, quod multilibri immixtum.

V. 29. Omnes qui poterant sapere. Nisi lo modo præmittenda est coniunctio &c.

V. 38. Ad gazophylacium, in domum thesauri. Pro quanto casu, alijs scribunt sextum domo.

C A P. XI. v. 6. Sexaginta octo viri fortes. Quidam minus fidelier, addita uinitate, legunt nouem pro octo.

V. 35. Lod & Ono. Non omittas prius nomen Lod, quod multi.

C A P. XII. v. 24. Et Iosue filius Cedmi- hel. Pro Iosue, alijs Iesue, ut suprà 1. Ez. 2. v. 36.

C A P. XIII. v. 9. Et emundauerunt ga- zophylacia. Präferendus est numerus pluralis singulare gazophylacium.

V. 16. Et vendebant in sabbatis filii Iuda in Ie- rusalem. Non mutandum est posterius in cum & Et Ierusalem.

V. 31. Et in primitiis. Alij pro adiectuo primitiis, scribunt substantiuum primitiis.

## T O B I A S.

C A P. I. v. 19. Tobias quotidie pergebat. Non oportet omittere vocem quotidie.

C A P. III. v. 6. Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum. Non est addenda vox misericordiam.

V. 19. Aut illi forsan me non fuerunt digni. Non mutes sextum casum me in tertium mihi.

C A P. V. v. 4. Ut dum adhuc viuo recipias eam. Non est transferendum ut è primo loco in ante penultimum.

V. 15. Ego ducam & reducam eum ad te. Non addas sanum ante ad te.

C A P. VI. v. 9. Et fel valet ad vngendos oculos in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Iniu- riæ bac a quibusdam iugulari ut & pratereuntur.

C A P. VIII. v. 10. Dixit quoque Sara. Non mutes quoque cum itaque.

V. 24. Et fecit scripturam. Non addas pronomen demonstrativum hanc.

C A P. X. v. 5. Te non debuimus dimittere à nobis. Nec hic addas alterum infinitiuum ire ante à nobis.

C A P. XI. v. 18. Et omnis familia sana & pecora. Non transferas adiectuum sana in locum ultimum, post pecora.

C A P. XIV. v. 5. Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios eius nepotes suos. Male qui- dium, etiam nominis filios, addunt pronomen reciprocum suos, cum eius non reciprocū loco quadrent.

## I V D I T H.

C A P. I. v. 2. Fecit muros eius in latitudinem cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta. Cum alijs plerique libri, murorum altitudini siue sublimitati tri- buant cubitos septuaginta, latitudini vero siue spatiostati triginta, minor in numero: Sixtina Bi- bliæ è diuerso, huic septuaginta, illi triginta adscribunt.

V. 12. Aduersus omnem terram illam. Non scribas ad loco aduersus.

C A P. III. v. 1. Syriæ scilicet Mesopota- mia. Non intericias coniunctionem & ante Me- sopotamia.

V. 9. Exirebant obuiam venienti. Non addas in præpositionem ante obuiam. Idem infrà 5. v. 4.

C A P. V. v. 24. Ascendamus ad illos. Non est præponenda his verbis coniunctio &c.

C A P. VI. v. 9. Et sic vincitum restibus. Non est addenda præpositio de ante restibus.

C A P. VII. v. 12. Iuuenes & paruuli. Non interponas senesque, quod quidam.

C A P. VIII. v. 17. Si faciat nobiscum misericordiam suam. Superfluit quod quidam ad- dunt adverbium citio.

C A P. X. v. 3. Et vnxit se myro optimo. Lo- cius egestiæ correctus, myro quod est vnguento, pro myro, quod vulgo legitur addita una littera, & arboris seu plantæ genus est. Hanc emendationem præterieram, nisi R<sup>m</sup> Episcopus noster Blasius suggestisset: ut & quidam alie, à quibusdam alius viris doctis, suggesterunt.

V. 5. Impoluit itaque abra siue ascoperam vini.

Male plerique libri scribunt alcopam, quod nihil significat: ascoperam recte emendarunt Correctores, quod, penultima longa, compositum ex & & utrīs & & & pera, significat peram veri perfim- lem, aut utrīs loco seruentem, qua nimurum vi-

num de collo gestatur.

Ibidem. Et vas olei, & polenta, & palathas. Pro palathas, quod massam sicum significat, id est, fucus inuicem connexas, quidam inepite, inuer- sis syllabis, scripserunt lapathas.

C A P. XI. v. 18. Extrahabantur sapientiam eius. Voci sapientiam non est præponenda præposi- tio ad.

C A P. XIII. v. 13. Qui fecit virtutem in Israel. Non addas magnam.

V. 15. Et concurrent ad eam omnes. Ita re-

ctius, quam ut in aliis libris est occurrerunt, quod est, obuiam cucurrerunt.

C A P. XV. v. 2. Quos armatos super se ve- nire audiebant. Non mutes imperfectum audie- bant, cum plus quam perfecto audierant.

V. 8. Omnia qua erant illorum attulerunt se- cuni. Non est mutandum attulerunt in abstule- runt, id est, ad ins.

C A P. XVI. v. 2. Exaltate & invocate no- men eius. Verbum exaltate deriuatum à nomine altus, huic loco conuenit, non exultate, compo- sum at salto.

V. 7. Et confudit eum. Melius est confudit, quod est, iugulauit, quam confudit, turbauit.

V. 8. Nec excelsi gigantes opposuerunt se illi. Legendum est oppulerunt, quod est reluctati sunt, non impoferunt.

V. 23. Quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, ob- tulit in anathema obliuionis. Quidam libri o- mittunt hac verba de cubili ipsius, obtulit; mi- nus recte.

## E S T H E R.

C A P. I. v. 6. Tentoria aërei coloris. Scri- bendum est aërei quadriflyllabum, deriuat- um ab aere, non triflyllabum aerei, ab are.

C A P. II. v. 12. Oleo vngerentur myrrhino, Germana lectio est myrrino, adiectuum à myrra deductum, non myrtino, à myro.

V. 14. Atque inde in secundas ades deduce- tur. Seruandum est singulare deducebatur, non mutandum plurali deducebantur.

V. 23. Et appensum est uterque eorum in pati- bulo. Quod subiiciunt exemplaria quadam, Et iussit rex ut in libro memoriali scriberetur, ut pro vita sua aliquid repensaret ei, superfluum est.

C A P. III. v. 3. Qui ad fores palati præsidebant. Pro præsidebant, alijs scribunt resi- dentib; nam huiusmodi aliquid hebraicè supplere oportet.

C A P. IV. v. 3. Sacco & cinere multis pro strato vtentibus. Incongruè quidam, quarta de- clinatione, scribunt stratu. Idem vsu venit in frâ 11. v. 12. Iob 7. v. 13. & alibi.

V. 4. Vt ablato sacco induerent eum. f. Mardo- cheum vestem. Praferendus est plurialis numerus induerent cum pronomine masculino eum, singulari induerent cum pronomine feminino eam, sub- auditio, Mardochæus vestem.

C A P. VIII. v. 4. At ille ex more sceptrum aureum protendit manu. Non mutes protendit, cum prætendit, id est, pro cum præ, vocalem quar- tam cum diaphongo prima.

V. 11. Interficerent atque delerent, & spolia co- rum diriperent. Non omittas postremum & spolia eorum diriperent.

V. 15. Hyacinthinis videlicet & aëris. Quadri- flyllabum est aëris, ut sup. 1. v. 6., nec commu- tandum cum aërinis.

C A P. IX. v. 2. È quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat. Reti- néndum præteritum plus quam perfectum indicati- ui penetrarat, non substituendum optatiui præsens penetraret.

V. 10. Prædas de substantiis eorum tangere no- luerunt. Germana lectio est tangere, non, omis- sis duabus literis, agere.

V. 17. Primus apud omnes. Pro primus ordi- nal in numero, alijs scribunt unus cardinalis.

V. 22. Et luctu atque tristitia, in hilaritatem gaudiumque conuerſa sunt. Pro neutro conuerſa, non est scribendum masculinum conuerſi.

V. 27. Et certa expetunt tempora. Caeue ne scri- bas cætera, id est, reliqua, pro certa, quod est de- finita.

C A P. XIV. v. 14. Nos autem libera ma- nutua. Non addas præpositionem in ante manu.

C A P. XV. v. 1. Haud dubium quin Esther Mardochæus. Nomen proprium Esther, caue mu- ties in verbum substantiuum esset.

## I O B.

C A P. I. v. 5. Offerebat holocausta pro sin- gulis. Melius clarissim est pro singulis, se- xiocasus, eo quod in aliis libris est per singu- los quanto.

V. 20. Et scidit vestimenta sua. Alijs libri scri- bunt tunicam suam.

C A P. I. v. 10. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Non omittas mulieribus.

CAP. III. v. 4. Non requirat cum Deus desuper. Redundat quod subiicitur à quibusdam libris non sit in recordatione.

Ibidem. Et non illustretur lumine. Pro passiuo illustretur, alij libri scribunt actuum illustrerent.

V. 9. Exspectet lucem & non videat. Non est mutandum singulare exspectet in plurale exspectent.

V. 18. Erquondam vincit. Non est omitendum quondam ab Interpretate datum.

CAP. V. v. 1. Verè stultum interficit ira- cundia. Malè quidam pro aduerbio verè supposse- runt nomen virum.

V. 6. Nihil in terra sine causa sit, & de humo non oritur dolor. Preferendum est presens oritur futuro oritur.

V. 6. Ingerdieris in abundantia sepulchrum. Cau ne scribas contrarium, egredieris seu exibis, pro ingredieris.

CAP. VI. v. 5. Numquid rugiet onagrum habuerit herbam? Cau ne scribas fugiet pro ru- giet seu rudent.

V. 6. Aut potest aliquis gustare quod gustatum adfert mortem? Quod subiiciunt libri quidam, Animæ enim effunti, etiam amara dulcia esse videntur, non est huius loci, sed Prou. 27. v. 7.

V. 17. Et ut inculerit, soluerunt de loco suo. Non mutes singulare incaluerit, in plurale inca- luerint.

CAP. VIII. v. 2. Et spiritus multiplex ser- mones oristui. Retinendus est nominatiuus plu- ralis sermones, non substituendus genitiuus sin- gularis sermonis.

V. 7. In tantum vt si priora tua fuerint parua. Correctores addiderunt coniunctionem si.

CAP. X. v. 3. Si calumnieris me & oppri- mas me opus manuum tuarum. Neutro loco iu- dicarunt Correctores omitendum pronomen me.

V. 16. Et propter superbiam quasi lexanam capies me. Accusatum lexanam prætulerunt Pa- tres nominatio lexana.

V. 22. Sed semper nus horror inhabitat. Alij scribunt participium inhabitans loco verbi in- habitat.

CAP. XI. v. 10. Quis contradicet ei? Su- perfluit quod quidam codices subiiciunt, vel quis potest dicere, Cur ita facis? quod non est huius lo- ci, sed supra 9. v. 12.

CAP. XIII. v. 21. Eos qui oppressi fuerant relevans. Non preponas his verbis coniunc- tionem &c.

CAP. XIII. v. 6. Audite ergo correptionem meam. Non mutes singulare in pluralia correptiones meas.

CAP. XIV. v. 6. Recede paulum abeo. Non adicias ergo.

V. 14. Putalne mortuus homo rursum viuat? Alij scribunt futurum indicatiuus viuet.

V. 16. Sed parce peccatis meis. Interpres trans- fudit imperativum parce, haud dubium; non par- ces, aut parcis.

V. 19. Ethominem ergo similiter perdes. Non mutes singulare hominem in plurale homines.

CAP. XVII. v. 2. Et in amaritudinis moratur oculus meus. Nec hic mutes præfens moratur in futurum morabitur.

V. 4. Cororum longè fecisti à disciplina, pro- pterea non exaltabuntur. Non interponas coniunc- tionem &c.

CAP. XVIII. v. 3. Et sorduimus coram vobis? Retinendum est plurale vobis, non surro- gandum singulare te.

V. 11. Vindique terrebunt eum formidines, & inuoluerent pedes eius. Cau ne repeatas pronomen eum post verbum inuoluerent.

CAP. XIX. v. 23. Vel certe sculpantur in silice. Romani Patres prætulerunt nomen certe scilicet, aduerbio certe, de quo nos latè in nostris Notationibus.

V. 26. Et in carnis mea videbo Deum meum. Non addas salvatorem.

CAP. XX. v. 25. Eductus & egrediens de- vagina sua. Non addas gladius, quod quidam.

CAP. XXI. v. 3. Suffinet me & ego lo- quar. Nec hic addas coniunctionem vt ante & ego.

CAP. XXII. v. 12. An non cogitas quòd Deus excelsior calo si? Non est legendum An abs- que negatione, pro An non.

CAP. XXIV. v. 21. Pauit enim steri- lem quia non parit. Non interponas & coniunc- tionem.

CAP. XXV. v. 3. Et super quem non surget

lumen illius. Non substituas fulget, quod est splen- det, pro surge, quod est orietur.

CAP. XXVI. v. 22. Et mittet super eum. Non scribas uncam vocem emittet, producibus & mitte.

CAP. XXVIII. v. 7. Semitam ignorauit auis, nec inuitus est eam oculus vulturis. Er- ruant, qui pro primo casu singularis numeri oculi, legunt quartum pluralem oculos, omisso pro- nomine eam.

CAP. XXX. v. 12. Ad dexteram orientis calamitatis mee illicet surrexerunt. Quidam le- gunt duplē genitiū orientis calamitatis: Correctores, non sine causa, prætulerunt eam le- gitimam, que constat genitio & nominatio orientis calamitatis, de quo lege Notationes no- stras.

V. 15. Abstulisti quasi ventus desiderium meum. Non est commutanda secunda persona abstulisti cum tertia abstulit.

V. 24. Verutamen non ad consumptionem eorum emitis manum tuam. Non scribas prono- men prima persona meam, pro tertia eorum.

V. 28. Confusus in turba clamabam. Pro turba, quod est multitudine, quidam omisso una litera scripserunt tuba, quod est buccina, quidam terra, quidam tenebris; omnes vitiosè.

CAP. XXXI. v. 7. Et si secutum est oculos meos cor meum. Retinendus sunt accusatiū plurales oculos meos, non supponendū nominatiū sin- gularis oculū meū.

Sequitur: Et si manibus meis adhæsit macula. Non preponas in propositionem voci manibus.

V. 19. Si despxi pereuntē, eō quōd non ha- bbitur indumentum. Germana lectio est pereun- tem, frigore scilicet, non prætereuntē, quod est, prætergredientem.

V. 35. Quis mihi tribuat auditorem. Vocum affinitas fecit, vt pro auditorem, ab audiendo di- citum, quidam erroneè legerent adiutorem, seu au- xiiliatorem, ab adiuvando.

CAP. XXXII. v. 22. Et si post modicum tollat me factor meus. Duo sunt dictio[n]es & si, non unica esti.

CAP. XXXIII. v. 2. Loquatur lingua mea in fauibus meis. Pro loquatur, non scribas, aut præfens loquitur, aut futurum loquetur.

V. 3. Et sentientiam puram labia mea loquen- tur. Non opus est mutare sentientiam cum scien- tiā, quamquam hæc vox legitur hebreā.

V. 7. Et eloquentia mea non sit tibi graui. Non scribas neutra pro femininis, & eloquum meum non sit tibi graue.

V. 17. Ut auerterat hominem ab his quæ facit. Præfens facit preferendum est præterito fecit.

V. 23. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnuus de millibus. Neque masculinū vnuus mutandum est cum neutrō vnuus: neque pro millibus posito pro plurimiis, substituendum est similibus, quod est talibus.

CAP. XXXIV. v. 24. Conteret multos & innumerabiles. Non omittas & coniunctionem, tametsi hebrei non addatur.

V. 37. Quia addit super peccata sua blasphemiam. Non mutes coniunctionem quia in relati- um qui.

CAP. XXXVI. v. 7. Et reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. Non com- mutes pronomen illi cum aduerbio illlic.

V. 27. Qui auferit stillas pluvias. Similitudo vo- cum quidam errare fecit, ita ut pro stillas, quod est guttas, legerent stillas, quod est, sidera.

V. 28. Qui de nubibus fluit. Non scribas pluvias pro fluit, id est, p. pro f., tenuem pro ad- spirata.

CAP. XXXVII. v. 15. Quando præcepit Deus pluuius. Non mutes coniunctionem præcepit cum indicatiuus præcepit.

CAP. XXXVIII. v. 13. Et excusisti impiose ea. Alij minus recte habent exclusisti, ab excludo, pro excusisti ab excuto.

CAP. XL. v. 14. Mittere contra eum fulmina. Non mutes fulmina, quod est fulgura, in fulmina, quod est, fluvios.

Sequitur: Et ad locum alium non ferentur. Pro futuro plurali ferentur, alij scribunt præfens, non nullus quidem plurale feruntur, non nullus singulare feruntur.

CAP. XLII. v. 4. Interrogabo te, & re- sponde mihi. Alij pro responde scribunt ostende, minus recte.

## PSALMI.

CAP. I. v. 5. Ideo non resurgent impij in iudicio. Seruandum est futurum refur- gent, non substituendum presens resurgent. Sequitur: Neque peccatores in concilio iusto- rum. Concilio hic acceptum pro cœtu, per cō- potius est scribendum quam per s.

CAP. II. v. 6. Predicans præceptum eius. Non est mutandum pronomen eius cum nomine Domini.

CAP. IV. v. 5. Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Non interponas coniunctionem &.

CAP. VII. v. 13. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. Nomines futurum vibrabit, cum præterito vibravit.

V. 15. Ecce partur in iustitia. Hic non mu- tes præteritum parturit in presens partur.

CAP. IX. v. 22. Delictis in opportuni- tibus. Nec hic presens despici in futurum de- spicies.

CAP. IO. In laquo suo humiliabit eum. Hoc loco seruandum est futurum, non substituendum præ- teritum humiliabit.

CAP. XII. v. 12. Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua. Non interponas coniunctionem &.

CAP. X. v. 1. Transfigura in montem sic- ut passer. Alij legunt pluralinumero montes.

CAP. XII. v. 5. Ne vñquam obdormiam in morte. Alij pro sexto legunt quartum ca- sum mortem.

CAP. XIV. v. 5. Et munera super inno- centem non accepit. Plurale innocentes quod alij scribunt, expositiō est singularis innocentem.

CAP. XV. v. 3. Sancti qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. In primis non est hic omitendum pronomen eius: deinde non est substituendum futurum mirificabit pro præterito: ab hac præteriti seruanda est terria persona mirificauit, non supponenda prima mirifi- caui: insuper pronomen prima persone meas, non est variandum in suis terribus: denique non est com- mutandum in eis cum inter illos. Hac enim sunt varia codicū errata.

CAP. XVI. v. 3. Et non est intenta in me iniurias. Non omittas medium illud in me.

V. 14. Saturati sunt filii. Non mutes filii casu sexto, in filii casu primo : multo minus pro filii substituas porcina, quod est re lege, si placet, Nostiones nostras.

CAP. XVII. v. 18. Eripi me de inimicis meis fortissimis. Quidam libri scribunt futu- rum eripet: sed retinendum videtur præteritum, ut ab Interpretate datum, qui futurum præteriti lo- co accepit.

V. 20. Saluum me fecit quoniam voluit me. In iudicio de futuro faciet, quod quidam hic substituunt pro præterito fecit.

V. 33. Deus qui præcinxit me virtute. Non est mutandum casus sextus in quartum virtutem, siue hoc versu, siue infra v. 40: Et præcinxisti me virtute ad bellum.

CAP. XVIII. v. 14. Si mei non fuerint dominati. Masculino genere scribendum est domini: nam dominata neutro genere est alterius editionis.

CAP. XXI. v. 1. In finem pro suscep- tione matutina. Pro susceptione, alij legunt assump- tione.

V. 2. Deus Deus meus respice in me. Complures libri omittunt prepositionem in.

V. 17. Concilium malignantum obsedit me. Non magis hic scribas consilium pers, quam su- pra 1. v. 5.

CAP. XXIV. v. 12. Legem statuit ei in via quam elegit. Præterito statuit Interpres expo- situm futurum statuerat.

CAP. XXVI. v. 4. Ut videam voluptatem Domini. Cauendum est ne recidatur in vetus mendum, eorum qui hac tenus scripserunt voluntatem, quod est beneplacitum, mutata una litera, pro voluptatem, quod est, delectationem, siue iucunditatem, quo modo Romani Patres corre- xerunt.

CAP. XXVII. v. 1. Psalmus ipsi David. Præferendum est pronomen ipsi pronomi- ni huic.

V. 3. Ne simili trahas me cum peccatoribus. Egredi Correciores Romani, sublato veteri errato scribent, tradas, quarta alphabethi litera media, quod est meadow, restituunt trahas,

media aspirationis nota , quod est ex Cys.

V.7. In ipso sperauit cor meum & adiutus sum. Non preponas his verbis & coniunctionem.

P S A L . XXX . v. 12. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium , & vicinis meis valde. Non hic omittas & coniunctionem propositam nominis vicinis.

P S A L . XXXII . v. 1. Psalmus Dauid. Non addas in finem, quod quidam libri.

P S A L . XXXI V . v. 1. Ipsi Dauid. Non addas psalmus, quod alij.

Ibidem. Expugna impugnantes me. Non mutes impugnantes cum expugnantes.

V.8. Et in laqueum cadat in ipsum. Caelegas in idipsum, pro in ipsum.

V.11. Surgeentes testes iniqui , qua ignorabam interrogabant me. Non est mutanda prima persona singularis in tertianam pluralem ignorabant.

V.14. Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam. Non omittas coniunctio- nem & ante posterius quasi.

V.25. Nec dicant deuorauimus eum. Caelegas prateritum deuorauimus, pro in lito scribentium uitio , cum futuro deuorabimus commutes.

V.26. Induantur confusione & reuerentia qui magna loquuntur super me. Et hic caendum est, ne magna, quod est grandia, utrum corrupatur, addita una syllaba, maligna, quod est perverfa.

P S A L . XXXVI . v. 6. Et iudicium tuum tamquam meridiem. Praferendus est quartus casus sexto meridi.

V.14. Ut deiciant pauperem & inopem. Romanorum correctionis est deciant, compoſitum à iacio, pro eo quod vulgo minus recte legitur deci- piant, quod est fallant, compoſito ex capio.

V.21. Mutuabitur peccator, & non soluet: iu- stus autem miserebitur, & tribuet. Non mutes futura in presentia, mutuatur, soluit, tribuit: nullo ve- ro modo, pro simplici tribuet, scribas compoſitum retribuit aut retribuit.

V.23. Apud Dominum gressus hominis diri- gentur. Seruandum est plurale dirigentur , pra- singulari dirigetur.

P S A L . XXXVII . v. 1. In rememora- nem de sabbato. Ut est preferendus quartus casus sexto rememoratione: ita non est communia- da propositio de cum nomine die , vel ablative sabbato cum genitivo.

V.11. Cor meum conturbatum est. Non addas in me.

P S A L . XXXVIII . v. 1. Ipsi Idithun. Alij pro pronomine ipsi legunt propositonem pro.

P S A L . XXXIX . v. 6. Multiplicati sunt super numerum. Non nulli libri genere feminino, habent multiplicatae; non nulli neutro multiplicatae; sed masculinum multiplicati, nostra editionis esse videatur.

V.9. Et legem tuam in medio cordis mei. Hac vulgat & nostra editionis est lectio: altera, qua pro cordis, quidam scribunt ventris, alterius est transla- tio.

V.13. Multiplicatae sunt super capillos capitii mei. Non mutes femininum multiplicatae in mas- culinum multiplicati.

P S A L . X L . v. 2. Beatus qui intelligit su- per egenum & pauperem. Non apponas adiectiu- beatus substantiu vir, hoc quidem loco.

V.7. Et si ingrediebatur vt videret, vana loque- bar, cor eius congregauit iniuriam sibi: egre- diebatur foras, & loquebatur in idipsum. Numeri singulares nequaquam mutandi hic sunt in plu- rales, ingrediebantur, viderent, eorum, congrega- verunt, egrediebantur, loquebantur; quod quidam faciunt. Pro nomine vana , nonnulli scribunt adverbium vanè: tametsi vtrumque cōdēm redeat. Alij ita distinguunt, vt cor eius iungatur verbo praecedenti loquebatur. Alij dñeque; prateritum congregauit, mutant in futurum congregabit. Sed prima tum lectio tum distinctione, merito probata est Romanis Paribus.

P S A L . X L I . v. 2. Situit anima mea ad Deum fortē viuum. Conſanter retinenda est vox forte, quae est robustum, pro ea qua in pleris que hac tenus vivio inoleverat libris fontem, quarto casu à nominatio fons : in quameo facilius lapsus fuit, quod & praecebat sitiendi verbum, & subsequatur epithetum viui.

V.6. Salutare vultus mei & Deus meus. Non temere omittenda est & coniunctio.

P S A L . XLII . v. 1. In finem, filiis Co- re. Non preponas propositonem pro nomine filii.

V.6. Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Pro in nobis , quidam libri scribunt in

nos, alijs nobis omitta prepositione.

P S A L . XLIV . v. 1. Canticum prodi- cito. Cauelegas delicto, quod est peccato , prodi- cito, quod est, amaro.

V.5. Intende, prosperè procede, & regna. Caue- ne ita distinguas, vt adverbium prosperè iungatur verbo precedenti intende, cum cohādere de- beat verbo subsequenti procede.

V.13. Et filia Tyri in munieribus. Non omit- tas primum &c.

V.14. Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Vt non est omittendum pronomen eius, ita non scri- bendum filia nominatio casu , nec regum numero plurali.

V.18. Memores erunt nominis tui. Non est ad- dendum, quod quidam libri subdunt, Domine.

P S A L . XL VI . v. 5. Speciem Iacob quam dixit. Femininum quam, non est mutandum in masculinum quem.

P S A L . XL VII . v. 1. Filii Core secunda sabatti. Non est omittendum illud secunda sabatti.

V.3. Fundatur exultatione viuēre terra mons Sion. Pronominatio singularis omnis, non est scribendus aut genitius montis, aut pluralis numerus montes.

P S A L . XL VIII . v. 8. Non dabit Deo placationem suam. His verbis non est preponendum &c.

V.9. Et laborabit in eternum. Non mutes fu- turum laborabit in prateritum laborauit, multoq- uinis in liberavit.

V.10. Et viuet adhuc in finem . Non omittas adverbium adhuc.

V.13. Ethomocūm in honore esset non intellexit. Non est hic omittenda coniunctio & , vt nec infīa v.21, est addenda: Homo cūm in honore esset, non intellexit.

P S A L . XL IX . v. 4. Aduocabit cælum de- sursum. Retinendum est futurum aduocabit, non subtituendum prateritum , aduocauit.

V.15. Eruant te & honorificabis me . Non preponas verbo eruam alterum &c.

P S A L . L . v. 1. Quando intrauit ad Beth- sabée. Caele scribas Bersabee, litera r, quod est no- men loci Gen.2.1. v.31., pro Bethsabée litera th, quod famina nomen est, uxoris Vrie.

V.9. Asperges me hyssopo & mundabor. Non interponas Domine.

V.19. Cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Non est commutanda secunda persona cum tercia despiciet.

V.20. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion. Non est omittendum Domine.

P S A L . LI . v. 1. Et nunciauit Sauli: Ve- nit Dauid in domum Achimelech. Frustra ad- dunt quidam Et annunciauit Sauli & dixit: erro- ne autem, Achimelech, quod est frater meus rex, mutant alijs cum Abimelech, quod est, pater meu rex: qua de relatè Notationes nostra.

P S A L . L II . v. 1. Pro Maëleth intelligens David. Caele ne pro Maëleth , scribas, transpositis primis literis, Amaleth, aut, quod pe- ius est, Amalech. Denique non mutes genitium intelligentiae cum nominatio intelligentia aut intellecūtus.

P S A L . L III . v. 7. Et in veritate tua dis- perde illos. Quidam virtute, quod est , fortitudine, legunt pro veritate, qua opponitur falsitatis; male: nec minus male alijs, disperge, quod est dis- sipa, pro disperde, quod est, perde.

P S A L . L IV . v. 10. Præcipita Domine, diuide linguas eorum. Non intericias coniunctio- nem &c.

P S A L . L V . v. 1. In tituli inscriptionem. Non mutes quartum casum in sextum inscriptionem. Similemfrā 5.6. v.1. 57. v.1. 58. v.1. 59. v.1.

V.4. Ab altitudine diei timebo. Caele inter- ponas non negationem ante timebo.

V.12. In me sunt Deus vota tua, qua reddam, laudationes tibi. Vt non est omittendum pronomen tua, ita nō est facile mutādus nominatio plura- lis laudationes, in genitū singularē laudationis.

P S A L . L VI . v. 8. Cantabo & psalmum dicam. Non subicias sine Domino, sine tibi, quod quidam libri, multoq- minis in gloria mea, quod est Psalmi 107. v.2.

P S A L . L VII . v. 2. Si verē vtique iusti- tiani loquimini, recta iudicate filii hominum. Re- tinendum est nomen recta, non supponendum ad- verbium recte.

V.10. Sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. Pro scilicet repente fuit.

P S A L . L VIII . v. 12. Deus ostenderet mihi super inimicos meos. Futurum ostenderet mu-

tandum non est in presens vel prateritum of- ferdit.

V.17. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo manè misericordiam tuam. Legatum est exultabo vocali quinta , non exaltabo vocali prima : quod si scriberetur exultabo ad- ditaliter, cessaret erroris ansa.

P S A L . LX I . v. 9. Deus adiutor noster in eternum. Non omittas postremum in eternum.

V.13. Quia tu reddes vincique iuxta opera sua. Caelegas tua secunda persona pronomen, pro sua tertia.

P S A L . LX II . v. 7. Si memor fui tui su- per stratum meum. Pro sic adverbio similitudinis, Romani Patres correxerunt si, qua est conditiona- lis coniunctio.

Ibidem. In matutinis meditabor in te. Non sub- fitias præteritum imperfectum meditabor , pro future meditabor.

P S A L . LX III . v. 7. Descerent scruta- nantes scrutinio. Non est opus sextum casum nu- meri singularis scrutinio, vertere in quartum plus- ralis scrutinia.

V.8. Accedit homo ad cor altum . Non iudica- rint Romani Correctores , prepositionem ad com- mutandam cum coniunctione &, quod alij multi- iudicant.

P S A L . LX IV . v. 1. Canticum Hieremie & Ezechieli. Vt non oportet addere Aggei, Zachiaria, aut Ezechie: ita non oportet omittere Hieremias & Ezechieli, qui duo prophetæ, incipientis transmigrationis tempore vixerunt.

Ibidem. Populo transmigrationis, cum incipi- ent exire. Non preponas ablative populo prepo- sitionem de: nec scribas mutatis casibus de populi transmigratione: multoq- minis vel substitutas vel addas de verbo peregrinationis , que altera translatio est. Adhac exire melius est quam pro- fici. Denique non est pars ista tituli Hieremias & Ezechieli populo transmigrationis cum inci- perent exire, facile omittenda , quamvis hebraicè non exire.

V.11. Riuitus eius inebria. Noli mutare verbum inebria in participium inebrians.

P S A L . L X V . v. 17. Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Hic contrà quam superioris Psal. 8. v.17., legendum est exaltaui vocali prima , verbum scilicet deductum à nomine altus, non exultaui vocali quinta, verbum deductum à salio.

P S A L . LX VI . v. 5. Quoniam iudicas populos in aquitatem, & gentes in terra diriges. Quidam legunt futuro tempore diriges: sed veri- simile est. Interpretem duplii presenti usum ver- tisse iudicas, diriges.

P S A L . LX VII . v. 5. Turbabitur à fa- cie eius. Nequaquam omittenda sunt hæc verba.

V.23. Conuertam in profundum maris. Qui- dam pro quarto casu legunt sextum profundo, vel profundi.

P S A L . LX IX . v. 1. In rememorationem, quod saluum fecerit eum Dominus. Retinendum est casus quartus rememorationem, nec facile mu- tandum pronomen tertii persona eum, cum prima me, quamquam hoc græcè legatur.

P S A L . LXX . v. 16. Introibo in poten- tias Domini. Alij scribunt numero singulari poten- tiam.

V.20. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas. Non scribas neutrum quanta, pro feminino quantas.

P S A L . LXXI . v. 15. Et adorabunt de ip- so semper. Quidam libri , pro compoſito adora- bunt, scribunt simplex orabunt: compoſitum enim est loco simplici, quemadmodum de est loco pro.

V.16. Et erit firmamentum in terra in summis montium. Non est scribendum frumentum, quod est triticum, pro firmamentum: quanquam fru- mentum forsanne firmamenti nomine est intel- ligendum.

Sequitur: Super extolletur super libanum fru- mentum eius. Caele legas fluctus, pro fructus, id est pro r, liquidam, primam pro quarta.

P S A L . LXXXIII . v. 19. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Non mutes accusatum confitentes in genituum confitentium.

P S A L . LXXIV . v. 1. In finem, ne corrumpas. Quidam libri pro corrumpas , habent dis- perdas, quod idem unum est.

P S A L . LXXV . v. 4. Ibi confregit poten- cias arcum, scutum, gladium, & bellum. Reti- nudus est genitius pluralis arcum, non surro- gandus accusatius singularis arcum.

# ROMANAЕ CORRECTIONES

V. 12. Omnes qui in circuitu eius assertis muna-  
nera. Legendum est assertis prima vocali, potius  
quam quarta offertis.

P S A L . L X X V I . v . 11. Et dixi, Nunc  
cepisti. Non mutes primam personam cœpi in ter-  
tiam capiti.

P S A L . L X X V I I . v . 16. Et eduxit aquam  
de petra, & deduxit tamquam flumina aquas. Non  
est posteriori loco ut priori legendum eduxit.

V. 18. Etabundauit & taureret iram suam. Pro-  
abundauit, alij verterunt multiplicauit, quod pro-  
inde non est nostra editionis.

V. 45. Misit eos economyiam, & comedie-  
tos. Scribendum est, etiam D. Hieronymo docto-  
re, economyiam, quod inter preterius muscam com-  
munem; non cynomyiam, quod muscam caninam:  
id est, consonanti prima danda est diphthongus &  
non grecum, quod ypsilon dicuntur.

V. 50. Non peperit à morte animabus eorum.  
Non præponat & coniunctionem.

V. 53. Et deduxit eos in spe, & non timuerunt.  
Non scribas, pro deduxit, ablata d litera, eduxit.

V. 69. Et edificauit sicut unicornium sanctifi-  
cium suum in terra. Quidam libri genitivum plu-  
rale unicornium, mutant cum genitivo singu-  
lari unicornis.

P S A L . L X X X . v . 1. Psalmus ipsi Asaph.  
Non addas quod sequitur in quibusdam libris  
quinta fabbati.

P S A L . L X X V I I I . v . 2. & 5. In ge-  
nerationem & generationem. Seruandus est du-  
plex accusatiuus, non mutandus prior in abla-  
tiuum.

V. 27. Ipse inuocabit me: Pater meus es tu. Non  
mutes futurum inuocabit in præteritum inuoca-  
uit, quod libri multi.

V. 34. Neque nocebo in veritate mea. Non scri-  
bas decipiam pro nocebo.

V. 40. Eueristi testamentum serui tui. Vulgare  
haecenit vitium notariorum fuit, ut prima vo-  
cali scriberent aucteristi, quod sit, in aliis par-  
tem transalisti, pro cueristi, secunda vocali,  
quod est, subueristi, abeleisti.

V. 43. Exaltasti dexteram deprimendum eum.  
Non legas inimicorum eius, pro deprimendum  
eum.

V. 45. Destruisti eum ab emundatione, & se-  
dem eius in terram collisiisti. Quidam pro ab-  
emundatione legunt à mundatione, id est, sim-  
plex pro composto: porro omnino accusatiuus  
terram preferendus est ablatiuo terra, quem mul-  
ti habent.

P S A L . L X X X I X . v . 1. Domine refu-  
gium factus es nobis à generatione in genera-  
tionem. Non est scribendum dupli ablatiuo, hoc  
modo in generatione & generatione, quod Inter-  
pres clarissimus vertit cum dupli præpositione à ge-  
neratione in generationem.

V. 14. Et delectasti sumus omnibus diebus no-  
stris. Non addas in præpositionem.

P S A L . X C . v . 15. Clamabit ad me, & ego  
exaudiā eum. Futurum clamabit preferendū  
est præterito clamauit.

P S A L . X C I . v . 4. In decachordo, psal-  
terio. Crediderim, comma medium, possum à  
Corretores, loco coniunctionis &, quæ hebrei-  
ce inferuntur.

V. 12. Et in insurgentibus in me malignantibus  
audier aures mea. Non omittas alteram præpo-  
sitionem in, præpositam participio insurgentibus.

V. 13. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Non  
est præponenda coniunctionio &.

P S A L . X C I I . v . 5. Domum tuam decet  
sanctifico Domine in longitudinem dierum.  
Non mutes quartum casum in sextum longi-  
tudine.

P S A L . X C I I I . v . 15. Quoadusque iu-  
stitia conuertatur in iudicium. Non legas, trans-  
posita in præpositione: Quoadusque in iustitiam  
conuertatur iudicium.

Sequitur: Et qui iuxta illam, omnes qui recto-  
funt corde. Non mutes singulare illam cum plu-  
rali illa.

V. 20. Qui fingis laborem in præcepto. Inter-  
pres noster, ex græco atque hebreo ambiguo, trans-  
iulit personam, non tertiam fingit, sed secundam  
fingit: pro qua deprauat alicubi legitur, omis-  
sa media litera n, figit. Porro an laborem, an vero  
dolorem, transferunt Interpres, non satis liquet,  
cum & hebreo & græca similiter ambigua sint,  
& latina exemplaria admodum varient. Cate-  
rūm laborem, quod vulgatus est, retinuerunt  
Romani Corretores.

P S A L . X C I V . v . 9. Probauerunt me &  
viderunt opera mea. Non omittas pronomen in-  
additum verbo probauerunt.

P S A L . X C V I . v . 1. Huic Dauid, quan-  
do terra eius restituisti eis. Non subiicias, vel pro-  
nomen ei, vel nomen Psalmus.

V. 4. Illuxerit fulgura eius orbiterre. Prima di-  
ctionis initialis litera, sit vocalis tercia, non prima.

P S A L . X C V I I . v . 1. Saluauit sibi de-  
xtera eius. Non est mutandum præteritum salua-  
uit in futurum saluabit.

P S A L . X C V I I I . v . 1. Qui sedet super  
Cherubim, moueat terra. Cane, ne pro tertia  
persona sedet, scribas secundam fides, ut multi  
haec tenus vitiōse.

P S A L . C I . v . 10. Et potum meum cum fletu  
miscebam. Alij libri poculum habent, eodem sensu.

V. 11. A facie tua & indignationis tuae. Non  
omittas medianum coniunctionem &.

V. 13. Et memorie tuum in generationem &  
generationem. Non mutes priorem accusatiuum  
generationem in ablatiuo, ut multi. Idem in-  
firia v. 25. & Psal. 105. v. 31. atque alibi.

V. 14. Tu exurgens misereberis Sion. Non  
addas Domine.

V. 19. Scribantur hæc in generatione altera.  
Quidam olscuri scribant numerum singularem  
scribatur: quidam clarissimus accusatiuos genera-  
tionem alteram.

P S A L . C I I . v . 22. In omni loco domina-  
tionis eius. Non mutes genitium singularem domi-  
nationis, in nominativum plurale dominations.

P S A L . C I I I . v . 12. Rigans montes de  
superioribus suis. Corrupte quidam legum secun-  
da persona pronomen tuis, pro tertia suis.

V. 15. Vreducas panem de terra. Non est se-  
cunda persona vertenda in tertiam educat.

V. 25. Hoc mare magnum & spatiolum mani-  
bus. Non est omittenda vox manibus, multoq;  
minus mutanda cum nauibus.

P S A L . C I V . v . 30. Edidit terra eorum  
in penetralibus regum ipsorum. Vnam vo-  
cem edidit, quod est produxit, non distrahas in duas  
& dedit, multoq; minus legas tertiam quarto casu.

V. 31. Dixit & venit economyia. Romani Pa-  
tres, ex D. Hieronymo, correxerunt economyia,  
pro quo quod plerique libri habent cynomyia, quem  
admodum & supra Psal. 77. v. 45.

P S A L . C V . v . 12. Et crediderunt verbis  
eius. Non addas in præpositionem.

V. 15. Et dedit eis petitionem ipsorum. Non  
omittas coniunctionem &.

V. 38. Et infecta est terra in sanguinibus. Ro-  
mani Patres pratulerunt infecta, quod est polluta,  
voci interficta, quam alij legunt cum D. Augu-  
stino.

P S A L . C V I . v . 2. Et de regionibus con-  
gregauit eos. Non omittenda est & coniunctio.

V. 15. 21. 31. Confiteantur Domino miseri-  
cordia eius. Non facile mutandus est, numeri plu-  
ralis nominativus misericordia, in nominativum  
vel ablatiuo singularem misericordia.

Ibidem. Et mirabilia eius filii hominum. Ca-  
ue ne pro dativo filii, scribas nominativum  
filii.

V. 40. Effusa est contemptio super principes.  
In singulis correccio, qua contemptio, quod est despe-  
cio siue contempsit, restitutum est, pro eo quod  
vulgus legitur contentio, quod est, litigatio. Er-  
ror occasio fuit ex similitudine literarum m &  
n, id est, secunda liquide & tertia: nam contem-  
psit a doctis scribitur absque p.

P S A L . C V I I . v . 2. Cantabo & psal-  
lam in gloria mea. Exurge gloria mea, exurge  
psalterum & cithara. Corretores addiderunt ex-  
urge gloria mea, prout græcè legitur, licet hebrei-  
ce gloria mea & exurge non nisi semel scribantur,  
quemadmodum & in plerisque latinis libris.

P S A L . C V I I I . v . 19. Fiat ei sicut vesti-  
mentum quo operitur, & sicut zona qua semper  
præcingitur. Non sunt mutanda presentia in fu-  
tura, operietur, præcingetur.

V. 27. Et sciant quia manus tua haec, & tu Do-  
mine fecisti eam. Quidam, pro feminino cam,  
legunt neutrū ea, expositionis forsan causa.

V. 31. Quia adstitit a dextris pauperis. Non mu-  
tes coniunctionem quia cum relatio qui.

P S A L . C I X . v . 7. De torrente in via bi-  
bet, propterea exaltabit caput. Non mutes futura  
in præterita, bibit, exaltabit.

P S A L . C X . v . 1. Alleluia. Non addas Re-  
uerbio vel Reuerbius Aggei & Zachariae.

V. 9. Redemptionem misit populo suo. Non

addas Dominus ex officio ecclesiastico.

P S A L . C X V I I . v . 3. Dicat nunc domus  
Aaron, quoniam in seculum misericordia eius.  
Non interponas quoniam bonus, quod est duo-  
rum versus præcedentium, non huius & sub-  
sequentis.

V. 4. Dicant nunc qui timent Dominum, quo-  
niam in seculum misericordia eius. Non addas om-  
ines ante relativum qui, nec quoniam bonus an-  
tenuit quoniam in seculum.

V. 10. 11. 12. Et in nomine Domini quia vltus  
sum in eos. Non est omittenda coniunctio quia,  
nece subseqens præpositio in.

V. 23. A Domino factum est istud, & est mi-  
rabilis in oculis nostris. Alij mutant coniunctionem  
& cum pronominis hoc.

V. 25. Benedictus qui venit in nomine Domini.  
Non scribas venturus es pro venit, id est, per-  
sonam secundam pro tertia.

P S A L . C X V I I I . v . 28. Dormitauit a-  
nima mea præ tædio. Noster Interpres verit dormi-  
tauit, non fuillauit, ut alij.

V. 35. Deduc me in semitam mandatorum tuo-  
rum. Non mutes quartum casum in sextum semita.

V. 41. Et veniat super me misericordia tua Do-  
mine. Non mutes præsens imperatiui veniat cum  
futuro indicatiui veniet.

V. 46. Et loquebar in testimonio tuis in conse-  
cuto regnum. Non scribas de loco prioris in.

V. 48. Et leuavi manus meas ad mandata tua  
qua dilexi, & exercebar in iustificationibus tuis.  
Corretores prætulerunt præteritum imperfectum  
exercebar futuro exercebor.

V. 53. Pro peccatoribus derelinquentibus, le-  
gem tuam. Non mutes pro quod est propter, cum  
præ vel a.

V. 59. Cogitau vias meas, & conuerti pedes  
meos in testimonio tua. Viderunt conuerti esse  
nostra editionis, portius quam auerti: sed erro est,  
quod quidam pro prima persona, legant secun-  
dam conuerti vel auerti.

V. 73. Da mihi intellectum, & discam manda-  
ta tua. Non mutes coniunctionem copulatiuum &  
in causatiuum vt.

V. 81. Defecit in salutare tuum anima mea. Nec  
hic mutes præteritum defecit in præsens deficit.

V. 86. Omnia mandata tua veritas: iniquum per-  
secuti sunt me, adiuua me. Retinendum est aduer-  
biu iniquum, non surrogandum nomen iniqui.

V. 90. In generationem & generationem veri-  
tasia. Non est mutandus prior accusatiuus in  
ablatiuo generatione.

V. 95. Testimonia tua intellexi. Corrupte in  
quibusdam libris scribatur dilexi, quod est amauit,  
pro intellectu.

P S A L . C X X . v . 5. Dominus custodit te,  
Dominus protectio tua. Non mutes verbum præ-  
sens custodit in futurum custodier.

V. 8. Dominus custodiat introitum tuum &  
exitum tuum. Præsens imperatiui custodiat ser-  
uandum hic est, nec supponendum futurum indi-  
catiuus custodiet.

P S A L . C X X I I I . v . 5. Declinantes au-  
tem in obligationes. Ut non est mutandus num-  
erus pluralis in singularem obligationem: ita pro  
obligationes non est scribendum obliquationes, po-  
situm pro obliquitatibus, quod quidam conjunct.

P S A L . C X X V I I . v . 4. Dñs iuslus con-  
dit ceruices peccatorum. Corretores scriperunt  
præteritum concidit, pro futuro concidet.

V. 7. De quo non implevit manum suam qui  
metit. Idem obseruarunt hoc loco, dum implevit  
surrogarunt pro impletib.

P S A L . C X X X . v . 2. Sicut ablactatus est su-  
per matrem sua, ita retributio in anima mea. Qui-  
dam libri, pro masculino ablactatus, scribunt neutrū  
ablactatum; pro quo vltis nonnulli supponen-  
t ablatus seu ablatum. Complures libri omit-  
tent verbum substantiuum est. Denique alij legi-  
tudo quarto casu matrem suam, animam meam,  
pro sexto, matre sua, anima mea.

P S A L . C X X I . v . 9. Sacerdotes tui in-  
daantur iustitiam. Quartus casus preferendus  
est sexto iustitia.

V. 11. Iuravit Dominus Dauid veritatem, &  
non frustrabitur eam. Seruandum est pronomen  
femininum, eam, quod referit veritatem, non sub-  
stituendum masculinum eum, quod referat Dauid.

V. 16. Sacerdotes eius induam salutari: & san-  
cti exultatione exultabunt. Pronomen veris  
personæ eius, quod est in posteriori huius versici  
membro, multi mutant cum pronominis secun-  
da personæ tui; sed male.

P S A L . C X X X I V . v . 9 . Et misit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Alij libri, pro dubius voculis & misit, unicam habent emisit.

P S A L . C X X X V I . v . 1 . Psalmus David, Hieremia. Loco datus Hieremia, non scribas propter Hieremiam; multoq; minus interponas & coniunctionem inter David & Hieremiam.

Ibidem. Superflumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cum recordaremur Sion. Non addas pronomen tui ante Sion.

V . 9 . Beatus qui tenebit & allidet parulos tuos ad petram. Cae ne relabaris in vetus mendum, eorum qui nomini parulos addiderunt pronomen tertia persone suos, pro secunda tuos.

P S A L . C X X X V I I . v . 1 . In conspectu angelorum psallam tibi. Non preponas coniunctionem &

P S A L . C X X X V I I I . v . 1 4 . Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis. Non mutes verbum præsens cognoscit in futurum cognoscet.

V . 1 6 . Dies formabantur. Quidam libri, pro dies, clarius legunt sexto casu die: sed virtiosè scribunt, qui habent dij, ut & illi qui dicunt firmabuntur, quod est stabilentur, pro formabantur, quod est fingentur.

V . 2 0 . Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates tuas. Egregie correctus est locus, reposito pronomine secunde persona tuas, pro co quod irrepererat terita suas.

P S A L . C X X X I X . v . 4 . Acuerunt linguis suas sicut serpentis. Genitius singularis serpentis, merito pralatus est nominatiu plurali serpentis.

P S A L . C X L I I . v . 1 2 . Et in misericordia tua disperdes inimicos meos. Non addas omnes.

P S A L . C X L I I I . v . 2 . Qui subdit populum meum sub me. Preferenda est tertia persona subdit secunda subdis.

V . 1 0 . Qui das salutem regibus, qui redemisti David seruum tuum. Hic contra preferenda videtur secunda persona tertii, dat, redemit, suum.

P S A L . C X L I V . v . 7 . Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt, & iustitia tua exultabit. Legendum est iustitia tua sexto casu, subaudita propositione in, potius quam iustitiam tuam quartocasu. Certè mendum est quod quidam habent iudicia tua; ut & illud, quod pro exultabunt, nonnulli scribant exaltabunt prima vocalis; nonnulli eructabunt, repetito verbo proxime antecedenti.

P S A L . C X L V . v . 8 . Dominus erigit e- lis, Dominus diligit iustos. Cae pro diligit, quod est amat, legas dirigat, quod est, gubernat.

V . 1 0 . Regnabit Dominus in facula, Deus tuus Sion in generationem & generationem. Non mutes priorem accusatum generationem, in ablutione generatione, ut multi.

P S A L . C X L V I . v . 4 . Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eius nomina vocat. Non est mutandum verbum vocat in partici- pium vocans.

P S A L . C X L I X . v . 2 . Lætetur Israel in eo qui fecit eum, & filii Sion exultent in regno suo. Recite Romani Patres, faminum filiae quod vulgo legitur, emendarunt reposito masculino filij.

V . 4 . Et exaltabit manuetos in salutem. Et hic recte, præteritum exaltauit, correxerunt substituto futuro exaltabit.

V . 6 . Exaltationes Dei in gutture eorum. Hic denique insigniter restituerunt vocem exaltationes, deductam ab altis, pro ea qua virtuosè legi confuerat, exaltationes, deductæ à falso: illa, cuius tertia litera est vocalis prima, significat laudes; hec, cuius tertia litera est vocalis quinta, significat exultantias, animi præ letitiae salutis.

V . 9 . Ut faciant in eis iudicium conscriptum. Quidam commutant numerum plurale faciant, cum singulari faciat; minus recte.

## PROVERBIA.

C A P . I I I . v . 9 . Et de primis omnium frugum tuarum da ei. Non mutes pronomen ei cum nomine pauperibus.

V . 1 3 . Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Non facile mutandum est affluit in effluit, vocalis prima in secundam; nec prudentia sextus casus, in quartum prudentiam.

V . 1 4 . Melior est acquisitione eius negotiatione

argentum, & auri primi & purissimi fructus eius. Malè plerique, auri ponunt ante argenti; & epipheta primi & purissimi iungunt cum fructus, que ad auri pertinent. Legantur Notationes nostra in varias Bibliorum lectiones.

V . 1 8 . Et qui tenuerit eam, beatus. Non mutes singulare in pluralia. Et qui tenuerint eam, beati.

V . 2 5 . Ne paureas repente terrorre, & irruentestib; potentias impiorum. Non scribas timore pro terrore, nec mutes ablutiis in accusatiis repellentum terorem vel repentinos terrores. Similiter in posteriori sententia membro, retine irruentes, nec corrigas irrumptentes, multoq; minus inquietantes: denique pro potentias non substitutas ruitas, quod est alterius versionis.

V . 2 8 . Nedicas amico tuo: Vade, & reuertere, cras dabo tibi. Melius est ne in initio sententia quam nec & omnis coniunctionis & ante cras, cum gratia coniuncta est.

V . 3 5 . Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia. Legendum est hic exaltatio vocali prima, non exaltatio vocali quinta, quemadmodum Psalm. 149. v . 6 . sapius enim varietatem parit affinitas vocalium istarum duarum.

C A P . I V . v . 1 1 . Viam sapientia monstrabo tibi, ducam te per semitas aequitatis. Non mutes futura cum prateritis, monstravi, duxi.

V . 1 3 . Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. Erroneè plerique hæc tenus, in posteriori huius prouerbii membro, scripserunt via, quod est, semita, pro vita, posito pro vita causa.

V . 1 6 . Etrapitur somnus ab eis, nisi supplanteur. Non est preponenda negatio verbo rapiatur, prout legunt codices alijs, quidam & non rapiatur, quidam necrapitur: multoq; minus rapiatur, cuius litera initialis est r ut ultima liquidarum, mutandum est in capitul, cuius litera initialis est c terita alphabeti.

V . 2 7 . Vias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt. Ipsæ autem rectos facier curlus tuos, itinera autem tua in pace producer. Non sunt hac omittenda, tametsi hebraicæ non existent.

C A P . V . v . 2 2 . Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Non mutes verba praesentia in futura, capient, constringetur.

C A P . VI . v . 5 . Et quasi aus de manu au- cupis. Quod quidam libri, pro manu scribunt iniidiis, aut laqueo, expositio est.

V . 1 1 . Siverò impiger fueris, veniet vt fons mæfis tua, & egestas longè fugier à te. Latini libri manuscripti sententiam hanc minimè omitunt, tametsi hebraicæ non legatur.

V . 3 1 . Et omnem substantiam domus suæ tra- det. Non subiicias, quod quidam, & liberabit se, quippe superfluum.

C A P . VII . v . 2 . Fili serua mandata mea, & viues. Inter nomen fili, & verbum serua, mul- ti libri interiiciunt hoc: Honore Dominum & va- lebis: præter eum verò ne timueris alienum: quæ ut superflua à Correctoribus sunt pretermissa.

V . 8 . Qui transit per plateam iuxta angulum. Non mutes numerum singularem plateam in plu- rum plateas.

V . 1 0 . Præparata ad capiendas animas. Non commutes simplex capiendas, cum composto de- cipendas.

V . 1 4 . Vicitas profalute voui. Neg, hic scri- bas compostum deuoui loco simplicis voui.

V . 2 7 . Penetrantes in interiora mortis. Non omittas propositionem in, nec substitutas inferiora per f digamma, pro interiora per t mutam.

C A P . V I I I . v . 1 1 . Melior est enim sa- pientia cunctis pretiosissimis. Superfluit quod qui- dam addunt opibus.

V . 2 0 . In viis iustitiae ambulo. Non scribas fu- turum ambulabo. loco praesens ambulo.

V . 2 5 . Ante colles ego parturiebar. Non addas omnes.

C A P . I X . v . 1 5 . Qui est parvulus, declinet ad me. Alij pro relativu qui legunt interrogatiuum quis.

V . 1 8 . Et in profundis inferni conuiua eius. Quod sequitur in multis libris. Qui enim appli- cabit illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur, meritò à Correctoribus est sublatum.

C A P . X . v . 4 . Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues vo-

lantes. Multi etiam latini libri omittunt hunc versum: à quibus autem legitur, non est scriben- dum spargit, quod est differgit, sed pascit, nec id est sed idem autem ipse.

V . 8 . Sapientis corde præcepta suscipit. Non mu- tes præsens suscipit in futurum suscipit.

V . 1 0 . Et stultus labis verberabitur. Quod se- quitur in quibusdam exemplaribus qui palam ar- guit, pacificat, superfluum est, quippe ex gracia la- tina editioni assutum.

V . 2 6 . Sic piger his qui miserunt eum. Non ad- das ip via.

C A P . X I . v . 1 0 . In bonis iustorum exulta- bit ciuitas. Pro neutrō exultabit deducto à falto, malè quidam scribunt passum exaltabitur, de- ductum ab altis.

V . 1 3 . Qui autem fidelis est animi, elat amici commissum. Latinorum librorum, quidam legunt animi, quidam amici, quidam iungunt utrumque: quod postremum Romani Patres consulto secu- ti sunt.

C A P . X I I . v . 2 . Qui bonus est, hauriet gra- tiā à Dño. Verbo hauriet non addas pronomen fibi.

V . 8 . Doctrina sua nosceatur vir. Futurum no- sceatur præferendum est presenti noscitur.

V . 1 1 . Qui suavis est in vini demotionibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam. Hanc sententiam Correctores iudicarunt esse, non omit- tendam, sed ita emendandam, ut nos annovera- mus in Notationibus nostris; in vini pro viuit in demotionibus pro moderationibus; munitionibus pro monitoribus.

V . 1 2 . Desiderium impij munimentum est pes- simorum. Cae legal monimentum vel moni- mentum à monendo deductum, pro munimentum à munendo, quo modo Romani docti corixerunt.

V . 1 3 . Effugiet autem iustus de angustia. Non commutes futurum effugiet cum presenti effugit.

V . 1 7 . Qui quod nouit loquitur, index iustitiae est. Cae ne recidas in inolitum vitium, eorum qui scripserunt iudex pro index, vocalis inquam u, pro consonante n.

C A P . X I V . v . 1 6 . Stultus transfilit & confi- dit. Non mutes transfil, compostum ex fallo, cum transfil, transfil, aut transfil, compostis ex eo.

V . 1 7 . Et vir veritus, odiosus est. Virtiosè quidam legunt verbosus pro versutis.

V . 2 0 . Etiam proximo suo pauper odiosus erit. Non est mutandum futurum erit in presens est.

V . 2 3 . In omni opere erit abundantia. Non ad- das adiectuum bono ad substantiuum opere.

V . 2 7 . Timor Domini fons vitae, vt declinet à ruina mortis. Pro singulari declinet, quod est in plerisque libris, Correctores scripserunt plurale declinet, s. homines.

V . 3 3 . Et indoctos quosque erudit. Nomen quoque non est mutandum in coniunctione quoque.

C A P . X V . v . 1 0 . Doctrina mala deferentiam vite. Datius singularis deferentia, non est mutandum in genitium pluralem descreverit.

V . 1 7 . Melius est vocari ad olera cum charitate. Neque hic facile mutanus est infinitius passius vocari in actuum vocare.

V . 1 9 . Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Non est scribendum impiorum, quod est, iniquorum, lo- co pigrorum, quod est desidiosorum.

V . 2 8 . Mens iusti meditatur obedientiam. Re- dinendum est presens meditatur, non substituen- dum futurum meditabitur: vt & vox obedienti- tam seruanda est, minimeq; mutanda cum sa- pientiam aut iustitiam.

C A P . X V I . v . 2 . Omnes via hominis pa- tent oculis eius. Non scribas plurale hominum pro singulari hominis.

V . 1 1 . Et opera eius omnes lapides facilli. Egre- giæ hic restitutus est locus, reposita voce facilli, que est dimittitum à faccius, loco sculi.

V . 1 3 . Qui recta loquitur, diligetur. Et haec ege- gia emendatio est, qua diligetur scribit, quod est, amabitur, pro dirigeatur, quod est, gubernabitur.

V . 2 1 . Et qui dulcis eloquio, maiora percepit.

V . 2 4 . Dulcedo animæ, sanitas oculi. Non pre- ponas & coniunctionem voci dulcedo, nec verbum est voci sanitas.

V . 2 7 . Vir impius fodit malum. Pro impius non scribas insipiens.

V . 3 0 . Mordens labia sua perficit malū. Praef- ficit non est mutandum in futurum perficiet.

C A P . X V I I . v . 1 2 . Quam fatuo confiden- ti in stultitia sua. Non addas pronomen fibi participio confidenti.

V . 1 6 . Et qui cuitat discere, incidet in mala,

*Pro verbo discere, caue substituas, aut nomen du-  
cem aut verbum discedere.*

*V. 19. Et qui exaltat ostium, querit ruinam.  
Spuriū est, quod multi libri, pro una voce ostium,  
quiā ianum significat, legunt duas os suum.*

*C A P. XVIII. v. 5. Accipere personam  
impij non est bonum. Non subdas in iudicio, pos-  
t vocem impij;*

*V. 10. Ad ipsum currit iustus. Correctores pro-  
tulerunt masculinum ipsum feminino ipsam.*

*V. 21. Mors & vita in manu linguae. Non scri-  
bas plurale manibus pro singulari.*

*V. 22. Qui autem tenet adulteram, stultus est  
& impius. Legendum est potius impius, quod est  
iniquus, quam insipiens, quod idem est cum eo  
quod praeedit stultus.*

*V. 23. Cum obsecrationibus loquetur pauper.  
Preferendum est futurum loqueretur presenti lo-  
quitur.*

*V. 24. Viramabilis ad societatem. Non auges  
vozem amabilis una syllaba, ita ut sit amabilis.*

*C A P. XIX. v. 19. Qui impatiens est, susci-  
nebit dannum. Non est addenda coniunctio enim.*

*V. 21. Voluntas autem Domini permanebit.  
Nec hoc addendum est in eternum.*

*V. 22. Et melior est pauper quam vir mendax.  
Denique neque hic addenda est vox iustus post vo-  
cem pauper.*

*V. 23. Absque visitatione pessima. Preferendus  
est casus sexus generis feminini pessima, secun-  
do casui generis siue masculini siue neutri pef-  
fimi.*

*V. 26. Qui affligit patrem & fugat matrem,  
ignominiosus est & infelix. Reclam Romani Patres,  
fugit tertia conjugationis, quod à plerisque logi-  
tur, correxit, dolo fugat primi conjugationis,  
quod est, in fugam vertit.*

*C A P. XX. v. 15. Et vas pretiosum labia*

*scientiae. Quidam pro & vas scribunt vas autem.*

*V. 22. Ne dicas: Reddam malum. Non subiectas  
quod quidam, pro malo, sed subiectas.*

*V. 25. Ruita est homini deuorare sanctos. Ne-  
quaquam legendum est, aut deuocare, aut deno-  
tare, aut deuotare, vel deuouere, sed deuora-  
re, quod est, deglutive sen ab sorbere, quod in  
Notationibus nostris ostendimus. Postremo mas-  
culinum sanctos dedit Interpres noster, non neu-  
trum sancta.*

*Sequitur: Et post vota retractare. Alij pro com-  
posito retractare legunt simplex tractare.*

*C A P. XXI. v. 18. Pro iusto datur impius.  
Quidam libri, pro presenti datur, habent futu-  
rum dabitur.*

*V. 22. Et destruxit robur fiducia eius. Non fa-  
cile scribas detrahitque, pro destruxitque vel &  
destruxit.*

*V. 27. Hostia impiorum abominabilis, quia  
offeruntur ex scelere. Non mutes coniunctionem  
quia in relatum que.*

*C A P. XXII. v. 1. Super argentum & au-  
rum grata bona. Non addas coniunctionem cau-  
salē enim.*

*V. 3. Callidus vidit malum & abscondit se. Ser-  
uandum est proteritum vidit, non commutandum  
cum presenti videt.*

*V. 5. Anna & gladij in via peruersi. Non scribas  
superbi pro peruersi.*

*V. 17. Inclina aurem tuam. Superfluum est  
quod quidam preponunt fili mi.*

*C A P. XXIII. v. 16. Cum locuta fuerint  
rectum labia tua. Singulare rectum non est mu-  
tantum cum plurali recta.*

*V. 29. Cui suffusio oculorum? Germanam hanc  
esse lectionem, ut legatur suffusio, nomen deriu-  
tum à verbo suffundo, non suffolio à suffudio, aut  
confusio à confuso, multoq; minus confessio, à  
confiteor, iam olim docui...sus.*

*V. 33. Oculi tui videbant extraneas. Preferen-  
dum est femininum genus extraneas, neuro ex-  
tranea: nam masculinum extraneos, suffusum est  
profus.*

*C A P. XXIV. v. 10. Si desperaueris lasius  
in die angustie, imminuerit fortitudo tua. Insi-  
gnis correctio, qua refutatur me est lasius, quod est,  
faigatus, pro laplūs a labi, cadere.*

*V. 16. Septies enim cadet iustus & resurgent.  
Non addas in die.*

*V. 27. Ut postea ædifices domum tuam. Non  
mutes ut causatum cum & copulatum.*

*V. 32. Et exemplo didici disciplinam. Parum  
inquam dormies. Quod interponunt alijs Vlque-  
quo piger dormies, vlquequo de somno confor-  
ges? redundat.*

*V. 34. Et veniet tibi quasi cursor egestas. Non  
temere addendum est pronomen tua.*

*C A P. XXV. v. 20. Acutum in nitro, qui  
cantat carmina cordi pessimo. Nec hic temere in-  
terienda est coniunctio &c, ut minimè mutandus  
datius cordi in ablativeum.*

*Sequitur: Sicut autem vestimento, & vermis li-  
gno, ita tristitia vii nocet cordi. Versiculum hunc  
non facile effi omittendum, tametsi à multis omis-  
tatur, docent nostra Notationes.*

*C A P. XXVI. v. 2. Sicut autem ad alia trans-  
uolans. Non proponas coniunctionem nam: nec  
mutes vocem alia trifyllabam, cum diyllaba alta,  
qua excelsa significat: nam ad alia, idem est quod  
quolibet, quod mox sequitur: Et passer quolibet  
volans.*

*V. 15. Abscondit piger manum sub ascella sua,  
& laborat si ad os suum eam converterit. Retinen-  
dus est numerus singularis manum, eam.*

*V. 20. Et fusurone subtracto, iurgia cōquiesceret.  
Preferendum est futurum pr̄ senti conquescent.*

*V. 26. Reuelabitur malitia eius in concilio. Vox  
concilio, accepta pro cœtu, per c̄ potius scribitur  
quam per l.*

*C A P. XXVII. v. 4. Et impetum concitat  
fere quis poterit? Superfluit, quod quidam codices  
addunt, substantivum spiritus, participio cōcitat.*

*V. 11. Ut possis exprobantis respondere sermo-  
nem. Alij libri, pro secunda persona possis, scribunt  
primam possim: hæc hebreo consonat, illa graco.*

*V. 15. Tecta perfillantia. Caeve perfillantia,  
quod est perfiliuntia, mutes in pestilentiā, id est, pe-  
stis adserentia.*

*V. 16. Et oleum dexteræ sua vocabit. Profutu-  
ro indicatiū vocabit, quidam libri scribunt con-  
iunctio vocet aut euocet: sed nullo modo ferendū  
est, quod est in nonnullis, euacuet, id est, ex-  
hauriat.*

*V. 24. Sed corona tribuetur in generationem &  
generationem. Non addas pronomen tibi verbo  
tribuetur, nec mutes priorem accusativum in ab-  
lativum generatione.*

*V. 26. Agni ad vestimentum tuum, & hæc ad  
agri premium. Ut priori membro non est addendum  
verbū sunt, ita posteriori non est auferenda pre-  
positio ad.*

*C A P. XXVIII. v. 8. Qui coaceruadit  
uitias vñoris & fœnore, liberali in pauperes congrega-  
ticas. Caeve, ne transposito commate, coniunc-  
tas vocem liberali, cum eo quod praeedit substanti-  
vum fœnere.*

*V. 10. Et simplices possidebunt bona eius. Non  
temere omittendum est pronomen eius.*

*V. 26. Qui autem graditur sapienter, ipse salua-  
tur. Male alijs, pro saluabitur, quod est, fiet sal-  
vus, scribunt laudabunt, laudibus celebrabitur.*

*C A P. XXIX. v. 5. Rete expandit gressi-  
bus eius. Preferendum est eius, ei quod alijs libri  
habent reciproci suis.*

*V. 15. Virga atque correctio tribuit sapientiam,  
preferitur vox correctio derivata à corripio, voci  
correctio à corrigo.*

*V. 20. Stultitia magis speranda est, quam illius  
correctio. Idem hoc loco obseruantur.*

*C A P. XXX. v. 3. Non didicis sapientiam,  
& non noui scientiam sanctorum. Quidam libri  
posterioris membrum legunt absque negatione, sicut  
hebreo & graco: Corretores maluerunt negatio-  
nem ex aliis libris reperte.*

*V. 19. Viam columbi super petram. Seruanda  
est vox petram, que respem, non substituenda ter-  
ram, quod humum significat.*

*Ibidem. Et viam viri in adolescentia. Non fa-  
cile pro adolescentia, quod iuuentutem, scribas  
adolescentia, quod iuenculam declarat.*

*V. 5. Necesse rex qui resistat ei. Caeve omittas  
aliquid trium primorum verborum nec est rex: aut  
rex quod est à bœviis, corrigas res, id est ap̄ quæ:  
aut denique pronomen singulare ei scribas plus-  
aliter eis: hæc enim sunt codicim quorundam  
vitia. Lege, si placet, noſtris in variis Bibliorum  
lectiones Notationes.*

*V. 32. Est qui stultus apparuit, postquam ele-  
vatus est in sublime. Egregie emendatus est locus,  
restituto verbo substantivo est, pro ea quæ in ple-  
risque est libris coniunctione copulativa &c. Porro  
sine legas apparuit, sine apparuerit, sine eleuatus  
se elatus, nihil referat.*

*C A P. XXXI. v. 9. Et iudica inopem &  
pauperem. Non mutes iudica in vindica, quam  
quam illius exposicio sit.*

## ECCLESIASTES.

*C A P. I. I. v. 1. Dixi ego in corde meo.  
Non mutes pronomen ego in coniunctio-  
nem ergo.*

*C A P. VII. v. 22. Ne forte audias serum  
tuum maledicentem tibi. Non omittas pronomen  
possessivum tuum.*

*C A P. VIII. v. 16. Et intelligerem dif-  
tentionem. Caeve scribas diffensionem, quod  
est, discordiam, à diffento, pro diffensionem,  
quod est, occupationem, à diffendo.*

*C A P. X. v. 1. Preterior est sapientia & glo-  
ria, parua est ad tempus stultitia. Hic locus, quia  
obcurus, multis modis fuit adulteratus, quod doc-  
tent nostra Notationes. Quidam addiderunt au-  
to post preterior est: quidam vocem gloria post-  
posuerunt voci parua: quidam substantiu glo-  
ria adiunxerunt adiectiu parua, quod est sub-  
stantiu stultitia: quidam omiserunt & medium  
inter parua & adtempus (quod tamen non vitiat  
sensum, cum non sit nisi exceptum, possum loco  
id est) denique quidam scripserunt secundum ca-  
sum stultitia pro primo stultitia.*

*V. 19. In risum faciunt panem, & vinum, vt  
epulentur viventes. Vulgo legitur bibentes, quod  
est potantes: correctio est viventes, quod est, vi-  
vientes mortales.*

*C A P. XI. v. 2. Da partem septem, necnon  
& octo. Non est mutantum singulare partem in  
plurale partes.*

*V. 8. Vanitatis arguentur præterita. Ita potius  
scribendum est, quam vanitas arguntur.*

*C A P. XII. v. 2. Antequam tenebret  
sol, & lumen, & luna, & stellæ. Alij scribunt plu-  
rale tenebrent: sed singulare genuinum est.*

*V. 14. Pro omni errato. Quidam antiqui libri  
legunt erratu: sed spuriū est, quod nonnulli,  
transpositi primis literis, scribunt reatu. Por-  
rò abscondito, quod habent alijs, altera interpre-  
tatio est.*

## CANTICVM CANTICORVM.

*G ermanus libri titulus est canticum num-  
ero singulari, non plurali cantica.*

*C A P. I. v. 1. Osculetur me osculum  
oris sui. Non scribas ab oculis pro osculo.*

*V. 3. In odorem vnguentorum tuorum. Non  
sunt omittenda haec verba, licet hebrei nō exsint.*

*V. 5. Posuerunt me custodem in vineis. Non  
est auferenda propositio in.*

*V. 7. Et abi post vestigia gregum. Non subiectas  
pronomen tuorum.*

*C A P. II. v. 4. Introduxit me in cellam vi-  
nariam. Non addas rex.*

*V. 10. En dilectus meus loquitur mihi. Alij,  
pro aduerbo demonstrandi en, scribunt coniunc-  
tionem copulativam &c.*

*Sequitur: Surge, propera, amica mea, colum-  
ba mea. Non faciliter omittas columba mea, tamet-  
si absit ab hebreo.*

*V. 13. Surge, amica mea, speciosa mea, & veni.  
Non est hoc loco addendum verbum propera, mul-  
toq; minus prospeta, verbo surge. Rursum speciosa,  
quod est pulchra, non est corrigendum sponsa. Po-  
strem non est columba mea, è proximo versu  
transferendum in hunc, ante & veni.*

*V. 17. Similis esto, dilecte mi, capreæ hinnul-  
que ceruorum, super montes Bether. Quia ob-  
scure est nomen Bether, quod significat concau-  
tatem seu divisionem: notissimum autem è con-  
tra est nomen Bethel, quod domum Dei significat:  
hinc factum est, ut notari plerique, pro Bether  
(qua est Romanorum Patrum doct) ac correctio scri-  
perint Bethel, id est, I prot, primam liquidarum  
pro ultima.*

*C A P. V. v. 6. Anima mea liquefacta est vt  
locutus est. Non addas dilectus.*

*C A P. VI. v. 10. Descendi in hortum nu-  
cum. Caeve supponas pronomen meum pro nomi-  
ne nucum, quod quidam.*

*Sequitur: Ut viderem pomam conuallium. Alij  
libri scribunt numero singulari conuallis.*

*V. 12. Reuertere, reuertere Sulamitis. Idem ac-  
cidit hoc loco, quod supra 2. v. 27. Sulamitis, quod  
est nomen femininum, deducitum à masculino  
Salomon, quia alibi non legitur, corruptum  
fuit, supposito nomine Sunamitis, celebrimo in tertio & quarto libris Regum, vt pote v-  
na sola litera differente. Legenda itaque hic est*

IN L A T I N I S B I B L I I S.

*litera*, id est, *prima liquidarum*, prout haberet Romanæ correctio, non n. *tertia*.

C A P. VII. v. 1. Quid videbis in Sulamite. *Eadem est huius loci ratio, que precedentis.*

*Ibidem. Iuncturæ femorum tuorum. Alij scribunt feminum.*

V. 5. Sicut purpura regis vincita canalibus. *Pro vincita, quod est participium à vincio, non scribas iuncta à iungo, multoq; minus tincta à iingo.*

V. 8. Et odoris tui sicut malorum. *Non repetas vocem odo ante malorum.*

C A P. VIII. v. 2. Et ducam in domum matris meæ. *Non subiças, ut multi, & in cubiculum genitricis meæ, quod est capit. 3. v. 4.*

V. 5. Que est ista quæ ascendit de deserto. *Cause mutes de cum in.*

V. 7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. *Alij, pro præterito potuerunt, scribunt futurum poterunt.*

V. 12. Mille tui pacifici. *Non est opus genitium pacifici, committare cum vocativo pacifice, præfertim cum non suppetant exemplaria.*

## S A P I E N T I A .

C A P. I. v. 6. Et non liberabit maledicuum à labiis suis. *Male hæc tenus, pro maledicuum, quod significat proliuern ad maledicendum, scriptum fuit in plerisque libris, addita una litera, maledicuum, quod est, exercitatum.*

V. 15. Inustitia enim perpetua est & immortalis. *Superfluit quod sequitur in plerisque libris: Inustitia autem mortis est acquisitio.*

V. 16. Impiæ autem manus & verbis accer-  
serunt illam. *Nothum est, quod quidam libri habent, pedibus, pro verbis, quod est, sermonibus.*

Ibidem. Quoniam digni sunt qui sint ex parte illius. *Cause ne vel addas vocem morte (morte digni sunt) vel mutes coniunctiuum sint cum indicatio-  
nibus.*

C A P. II. v. 2. Quoniam fumus flatus est in naribus nostris. *Nequaquam intericienda est coniunctio &, inter nomen fumus & nomen flatus, seu, quod alias legitur, & idem unum est, af-  
flatus.*

Ibidem. Et sermo scintilla ad commouendum cor nostrum. *Probus est casus primus scintilla; re-  
probus secundus, qui est in aliis libris, scintilla.*

V. 3. Qua extincta cinis erit corpus nostrum. *Miserè depraevatus erat hic locus, cum legeretur  
qua extinctus aut extinctum, pro ablative ab-  
solue positis, qua extincta, scintilla.*

V. 9. Nemo nostrum exorsit luxurie nostræ. *Non mutes pronomen prima persona nostrum, in  
secunda velutrum.*

Ibidem. Quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors. *Non repetas pronomen nostra ad nomen fors.*

V. 10. Et non parcamus viduæ, nec veterani reuercamur canos multi temporis. *Quidam pro  
secundo casu legunt tertium veterano, & repe-  
tunt negationem nec ante reuercamur; sed male.*

V. 11. Sit autem fortufo nostra lex iustitiae. *Temperitas scribarum miris modis hic graffata, pro  
iustitia, id est, & dñe oportet, ferè scripti contra-  
rium, iniustitiae, iniquitatis.*

C A P. III. v. 2. Et estimata est afflictio exterminorum. *Sequitur v. 3. Et quod à nobis est iter, exterminium, s. & statim est: id est: Illorum ex humanis discessibus, habites est pro exterminio seu exitio. Hoc alijs libri miris modis corrumpunt, dum non solum pro nominatio exterminium legunt genitium exterminij, verum etiam duas eiusdem huius loci corripções copulantes, scribunt: Et ab itinere iusto abiurunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij.*

V. 15. Et que non concidat radix sapientiae. *Præferendum est coniunctiuus concidat indicatiuo concidit.*

V. 16. Filii autem adulterorum in inconsu-  
matione erunt. *Vni voci in consummatione, com-  
posita ex prepositione in & nomine consummatione, preponenda est prepositio in, ita vt sit in  
inconsummatione: pro quo quidam codices, eodem  
sent, legunt participium in consummatione. Nam vi-  
tanda est lectio, que contenta uno in, effert voces  
duas in consummatione.*

V. 19. Nationis enim inique, dire sunt consum-  
mationes. *Vt genitius nationis non est mutan-  
dus in nominativum nationes: ita nec nominati-  
vus consummationes in genitium consumma-  
tionis.*

C A P. IV. v. 3. Et spuria vitulamina non  
dabunt radices salas. *Prospera vitulamina, quod  
alijs libri legum adulterinae plantationes, altera  
interpretatio est, euæ clarior, teste D. Augustino  
lib. 2. de doct. Christ. cap. 12.*

V. 6. Ex iniquis enim somnis, filij qui nascun-  
tur, testes sunt nequitate aduersus parentes. *Vt plu-  
rima huius libri loca Romani Patres felicissime  
restituerunt, quod vide live, ita inter cetera  
hunc, ubi pro omnes nota vniuersitatis, quier-  
ror plorosque omnes codices inveniunt, reposuerunt,  
quod recte est, & graco consuetum, somni  
id est, & vno, positum pro concubitu: quemadmo-  
dum infra 7. v. 2., item Sapiens, ex delectamento  
sonnic conceptum se dicit.*

V. 12. Et inconstans concupiscentia trans-  
fuerit sensum sine malitia. *Non facile mutes  
vocem inconstans, quæ significat instabilitatem,  
in instantia, quæ, dema una syllaba, solicitatio-  
nem declarat.*

V. 15. Quoniam gratia Dei & misericordia est  
in sanctos eius. *Alij libri subaudiunt omnissum  
verbum substantiuum est.*

V. 18. Videbunt & contemnent eum. *Non est  
hic respenda coniunctio enim.*

C A P. V. v. 9. Et tamquam nuncius per-  
current. *Legendum est percurrent, quod est trans-  
currans, non præcurrent, quod est, ante currans.*

V. 11. Aut tamquam avis. *Non omittas ad-  
verbium tamquam.*

Ibidem. Argumentum itineris. *Non subiçias  
pronomen illius, quod alijs codices.*

V. 17. Et brachio sancto suo defendet illos.  
*Non preponas prepositionem in nominis brachio;  
vt ne coniunctio & ei quod sequitur: Accipiet  
armaturam zelus illius.*

V. 21. Acut autem duram iram in lanceam.  
*Etiam nostra antiqua manucripta legunt du-  
ram, quod est rigidam, pro eo quod alijs libri diram,  
quod est, crudelis, id est, scribunt u. votalem  
quintam pro i. tercia.*

V. 22. Et tamquam à bene curuato arcu. *Duo  
dictiuncula sunt, à prepositio, & aduerbiu be-  
ne, non unum nomen habent.*

V. 23. Et à petroza ira plena mittentur gran-  
dines. *Scribenda est dipthongo syllaba ultima, ita  
vt sit nomen plene, non aduerbiu plene.*

V. 24. Et ad eum perducet omnem terram  
iniquitas illorum. *Nominatiua iniquitas, non  
est communandus cum genitio iniquitatis.*

C A P. VI. v. 6. Quoniam iudicium durissi-  
mum his qui præfunt fieri. *Non est preponenda  
prepositio in pronomini his.*

V. 8. Non enim subtrahet personam cuiusquam  
Deus. *Pro Deus, multi boni codices legunt Domini-  
nus: porrò qui est omnium dominator, quod sub-  
sistunt non pauci libri, optimi quique omittunt.  
Legantur Notationes nostra.*

V. 11. Qui enim custodierint iusta iuste, iustifi-  
cabuntur. *Quadruplex fuit hoc loco multorum  
codicum error; unus, quod pro adiectivo neutrō  
iusta, scriberent substantiuum faminum iustifi-  
ciam ( quamquam hic minutus ) Alter, quod  
nomini iusta sine iustitia, superflue adiunge-  
rent pronomen eius; Tertiis, quod preposito com-  
mate seu inciso, aduerbiu iuste iungenter verbo  
sequenti, non, vt oportet, præcedenti; Postremis,  
quod iustificabuntur, verbum compostum ex iu-  
stus & facio, commutarent cum verbo simplici*

*Sequitur: Et qui didicerint ista, inuenient quid  
respondeant. Cause ne pronomen ista corrigan sup-  
posito nomine iusta.*

V. 17. Et in viis ostendit se illis hilariter, & in  
omni prouidentia occurrit illis. *Nomini viis non  
est addendum pronomen suis: nec præsentia ostendit,  
occurrit, mutanda sunt in futura, ostendet,  
occurrit.*

V. 22. Si ergo delectamini sedibus. *Vt nomi-  
ni sedibus non est præponenda prepositio in; ita  
non est postponendum nomen perpetui.*

C A P. VII. v. 1. Et ex generetemini illius  
qui prior factus est. *Seruandus est genitius ter-  
reni, non substantiū ablative terreno.*

V. 16. Et operum scientia & disciplina. *Malè  
multi libri, sublato posteriori &, scribunt casum  
secundum scientię, pro primo.*

V. 17. Ut sciam dispositionem orbis terrarum.  
*Non mutes singulare in plurale dispositiones.*

V. 18. Vicistudinum permutationes & com-  
mutationes temporum. *Legendum est potius  
commutationes temporum, quod est varietates,  
quod est, fines. Porro*

*quod subiçunt plerique libri, morum in-  
tationes & diuisiones temporum, spuriū es-  
se, & ex altera versione nostra adiectum, mul-  
tis alia præterea mendis admisis; docimū in  
Notationibus.*

V. 22. Quem nihil vetat, benefaciens. *Alij  
libri ita scribunt, ut vñica hic proprietas san-  
cti Spiritus declaretur; mutatis, quarto casu re-  
lativus, quem in primum qui, & participio be-  
nefaciens in infinitum benefacere: Qui nihil  
vetat benefacere. Sed Romana correctio, que duas  
proprietas dat intelligendas, unam quem nihil  
vetat, quod est, expeditus, qui prohiberi non po-  
test, alteram benefaciens, quod est, beneficis,  
sincera est loci scriptura.*

C A P. VIII. v. 2. Hanc amavi & exqui-  
tiui auuenture mea. *Non addas pronomen eam  
verbo exquisitiui.*

V. 12. Tacente in me sustinebunt. *Non mutes  
accusatiū tacentem in ablative.*

V. 17. Quoniam immortalitas est in cognacio-  
ne sapientie. *Triplex mendum ex his verbis à Rö-  
mania Correctoribus est sublatum; Vnum, quod  
adiectiuum immortalis, quod est in plerique li-  
bris, communauerint cum substantiuo immorta-  
litatis; Alterum quod pro cogitatione, quod est im-  
mediatione, scripserint cognatione, id est, affinitate;  
Terrium quod reictio nominatio sapientie,  
recepit genitium sapientie.*

V. 21. Et hoc ipsum erat sapientia, scire. *Se-  
cundus casus sapientie, non est mutandus in pri-  
mum sapientie, multoq; minus addendum est ad-  
iectiuum summa.*

C A P. IX. v. 6. Nam & si quis erit consum-  
matus. *Nor est omittenda coniunctio nam.*

V. 18. Et sic correctæ sint semitæ corum. *Reti-  
nendum est aduerbiu similitudinis sic, non mu-  
tandum in coniunctionem conditionalem si.*

C A P. X. v. 1. Hæc illum qui primus for-  
matus est à Deo pater orbis terrarum. *Pro for-  
matus, quidam codices habent, factus, qui-  
dam fictus: sed adulterinum est prorsus quod  
in nonnullis est, forniciat. Rursum nominatiu-  
mum pater, quidam libri vertunt in ablative  
patre, quasi ad Deum referatur; sed male.*

V. 2. Et eduxit illum à delicto suo. *Quod sub-  
içunt multi libri & eduxit illum de limo terra,  
spuriū est, & omnino iugulandum. lege Nota-  
tiones nostras.*

V. 3. Ab hac morte non hoc, vt vel cum  
non negotio non, recessit, quod est, defecit, non  
præcessit, quod est, antecessit, legendum est: sunt  
enim ha librorum quorundam corruptela.

*Sequitur: Per iram homicidij fratrem depen-  
dit. In signis correctio, qua fratrem genitius ad-  
iectiu nominis, restitus est, pro substantiis, si-  
us nominatio fraternalis, siue genitius frater-  
nitatis, qui plorosque omnes codices innascent.*

V. 4. Propter quem cum aqua deleret terram.  
*Non mutes masculinum quem in neutrum quod:  
nec pro nominatio aqua scribas accusatiū,  
quemodo quidam: Cū aquam deleret de terra.*

Ibidem. Per contemibile lignum iustum gubernans.  
*Quidam codex, omissa prepositione,  
& mutato quarto casu in primum, scribit. Et con-  
temibile lignum iustum gubernans; sed prænū.*

V. 5. Hæc & in contentu nequit, cum se-  
nationes contulissent. *Seruanda sunt voces, ne-  
quit, quod est malitia; & contulissent, quod est  
congregasse; non surrogando, superbia,  
quod est, arrogancia, & exultuisse seu ele-  
uassisse.*

Ibidem. Et in filii misericordia fortē custo-  
diuit. *Duplex scriptura vitium, utrumque in-  
olitum, hinc absterunt Correctores; Ablatiūm  
pluralem filii, suppositum in locum genitui singularis filii,  
& accusatiūm misericordiam, surrogatum pro ablative misericordia.*

V. 6. Hæciustum à pereuntibus impensis libera-  
uit. *Cause scribas nomen parentibus, pro partici-  
pio pereuntibus, aut filiis pro impensis.*

V. 7. Fumigabunda constat deserta terra. *Non  
omittas vocem deserta.*

*Sequitur: Et incerto tempore fructus habentes  
arbores. Vox una est incerto, non diffrahenda in  
duo in certo.*

*Ibidem. Et incredibilis animæ memoria  
stans figmentum salis. Non est scribendum, in-  
credibilis primo casu numeri pluralis, sed in-  
credibilis secundo numeri singularis; nec est o-  
mittenda vox animæ; denique numerus fin-  
guarum*

# ROMANAЕ CORRECTIONES

gularis segmentum, non est vertendus in pluralem figura, sunt enim haec codicum quorundam virtus.

V. 10. Haec profugum iræ fratris. Non addas coniunctionem autem.

V. 11. Et fuit illis in velamento diei. Prosecundo casu diei, non legas sextum die, sed intelligas.

V. 12. Transtulit illos per mare rubrum. Non praponebas & coniunctionem.

C A P. XI. v. 2. Et in locis desertis fixerunt casas. Causa ne legas, aut fecerunt præteritum à facio, pro fixerunt à figo; aut calstra, quod est exercebitur, pro casas, tabernacula.

V. 13. Et in eis cùm abundant. Correctores è suis libris addiderunt tres istas voculas & in eis.

V. 14. Non similiter iustis sitientes. Causa ne relabaris in vetera virtus, eorum qui scripserunt, aut iniustis, quod est impius, pro iustis, pijs; aut faciens, participium numeri singularis à facio, pro sitientes participio numeri pluralis à sitio, quod est, sicut patior.

V. 15. Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatibus illorum, quod quidam errantes &c. Rebet ab his verbis Correctores inchoarunt periodum ac sententiam nouam; & substituerunt genitium singularem iniquitatis, pro nominativo plurali iniquitates, qui pluresque libros iniuste occupauerat.

V. 16. Mutos serpentes. Causa legas multos, promutos, quod est, irrationalis.

V. 17. Aut noui generis ira plenas ignotas bestias. Plerique libri praponunt coniunctionem aut vel & nominis ignotas, sed absque coniunctione sunt etiam græca.

C A P. XII. v. 2. Ideoque eos qui exerrant, partibus corripis. Merito ita a distinxerunt Romani Patres, ut partibus iungatur verbo subsequenti, non precedenti. Nam & nostra scriptura est, que ut clarius iungat præcedenti, vel transponit prepositionem, hoc modo, errant ex partibus, vel addit pronomen suis aut tuis.

V. 18. Et deuoratores fanguinis à medio sacramento tuo. Verba ista à medio sacramento tuo, hoc loco retinenda sunt, non transferenda in verbum sextum proximè sequentem post perdere volunti, quod faciunt multi.

V. 19. Cum tanta cruciati attentione. Quod sequitur in plerisque omnibus libris & liberis, Correctores superfluum iudicarunt.

V. 20. Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti. Non mutes correcti à corrigo, cum correpti à corripio.

V. 21. In quibus enim patientes indignabantur. His verbis praponunt plerique libri alia idem significantia. In his enim que patiebantur, molestererebant: quia quidem, ut alterius versionem, Romani Correctores consuētus sustulerunt.

Ibidem. Propter quod & finis condemnationis eorum venit super illos. Non est mutandum præteritum ve*nienti* cum futuro veniet.

C A P. XIII. v. 11. Vas vtile in conuersationem vita. Causa errore plororumque codicum, pro vile, quod est aptum, idoneum, scribentium contrarium, inutile, ineptum.

V. 12. Reliquis autem eius operis. Non mutes sextum casum reliquias cum quarto reliquias.

V. 13. Et reliquum horum quod nullus vñsus facit. Verbum indicatiuum facit, nullo modo vertendum est in subiunctiuum faciat, addito verbo substantiuo est, quod utique superfluit: Quod ad nullos est vñsus faciat.

Sequitur: Lignum curuum & vorticibus plenum. Sive vorticibus vocali quarta, sive secunda vorticibus legas, significatur lignum vorticis sum siue nodosum.

V. 14. Et omnem maculam quæ in illo est perliniens. Non subicias terra, quod quidam libri.

V. 15. Cum illo qui sine anima est. Non commutes genus masculinum cum neutrō, nec hac parte, nec sequentibus omnibus usque ad finem capitis.

C A P. XIV. v. 3. Tua autem pater præudentia gubernat. Spurium est quod addunt libri quidam ab initio cuncta: adeoq; obest sensui, neque enim hoc subaudire oportet. Porro gubernat persona tercia, non est cum gubernas mutanda, persona secunda.

V. 4. Ostendens quoniam potens es ex omnibus saluare. Retinendum est saluare, quod est servare; non supponendum sanare.

Sequitur: Etiamsi sine arte aliquis adeat mare. Legendum est arte, qua humana significatur industria; non, transpositis primis auabus literis,

rate, quod est, nauis.

V. 11. Propter hoc & in idolis nationum non erit respectus. Non est omittenda præpositio in.

V. 12. Superacutias enim hominum aduenit in orbem terrarum. Quidam libri, verbo aduenit praponunt pronomen haec; sed male prorsus illi qui corrigitur adiunxit, quod est reproris, pro tri-syllabo aduenit, quod transitiuè acceptum, tamquam sit quinta & coniunctionis Hebraeorum, positum est pro adduxit, adiuxit.

V. 13. Vtraque ergo illis eueniunt dignè. Non scribas quoque pro ergo.

V. 14. Non enim iuratorum virtus. Egregialocci emendatio, qua & omissum est verbum substantiuum est, & pro iurantium participio actiuo, positum est iuratorum, participium passiuum, quod est, eorum per quos iuratur.

Ibidem. Perambulat semper iniustorum prævaricationem. Causa ne aduerbiū semper mutet in prepositionem super, vel unum vocabulum iniustorum distrahas in duo.

C A P. X V. v. 6. Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus. Causandum hic est triplex vitium; unum, ne post digni sunt, ad-datur morte, alterum ne scribatur habent modo indicatiuо, pro habeant coniunctiuо, tertium ne talibus, quod est, huiusmodi, transpositis literis mutetur in tabulis, imaginibus.

V. 8. Et post pusillum reducit se unde acceptus est. Preferendum est reducisse, quod est, revertitur, eis qua in aliis libris leguntur, se dicit, & ducit sc.

V. 12. Sed & estimauerunt lusum esse vitam nostram. Alij libri scribunt ludum, id est, d pro s, quodfere equinales: sed lumen, id est, cœnum, quod est in nonnullis, plurimum omnino est.

V. 14. Supra modum anima superbi. Non addas nomini animæ pronomen suæ.

Ibidem. Et imperantes illi. Legendum est im-perantes, quod est, dominantes, non improphanentes, quod est, exprobrates.

V. 15. Quibus neque oculorum usus est ad videndum. Causandum hic est ne recidatur in vetus vitium, eorum qui scripserunt, addita vocali ter-tia, usus à video, pro usus ab utro.

V. 18. Sed & animalia misericrima colunt. Male quidam hic legunt alia pro animalia, bruta nimis; & misericrimi genere masculino, pro neutro misericrima.

V. 19. Sed nec adspectu aliquis. Non est mutandum masculinum aliquis cum neutrō siue aliquod siue aliquid.

C A P. XVI. v. 1. Propter haec & per his familia passi sunt dignè tormenta. Quidam libri, pro plurali haec, scribunt singulare hoc, & omit-tunt coniunctionem & subsequenter conformiter græco: quidam omittunt prepositionem per, male.

V. 11. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter saluabantur. Duo di-ctiones in memoria, non sunt contrahenda in una immemoria: nec pro sermonum, quod est, verborum, substituendum est seruorum siue fa-mulorum: adhuc examinabantur non est mutandum cum exterminabantur, quod est, delebantur: insuper ne aduerbiū velociter est omittendum: po-trem nego, pro saluabantur legendum est sanabuntur, sed intelligendum.

V. 14. Homo autem occidit quidem per malitiam. Quod subdunt plerique libri animam suam, Correctores non inconsulto iudicarunt su-perfluerit.

V. 16. Et per ignem consumpti. Pro consumuti, quod est, deleti, non scribas consummati, finiti.

V. 19. Exardecscat vndeque. Quidam alijs libri, brilegunt exardecscat, quidam ardebat.

Sequitur: Vt iniquæ terra nationem exterminaret. Legendum est iniquæ secundo casu, non iniquam quartu; & exterminaret tertia persona, non secunda exterminares.

V. 21. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat. Multi codices nominatiuos substantia tua, mutatos in accusatiuos substantia tua, media coniunctione & iun-gunt cum accusatiuo dulcedinem tuam, & ter-tiam personam ostendebat vertunt in secundam ostendebas; sed male omnia.

V. 23. Hic autem iterum vt nutritur iusti, etiam sua virtutis oblitus est. Legendum est pro-nomen, non neutrō hoc, sed masculinum hic: & subaudiendi nomen ignis, non addendum.

V. 25. Propter hoc & tunc in omnia transfigu-rata, omnium nutriti gratiae tuae deseruerat. Vi non est omittenda in præpositio præposita nominis.

omnia: ita non est vertendus numerus singularis deferuerat, in pluralem descriuebat.

Sequitur: Ad voluntatem eorum qui à te desi-derabant. Seruandum est à te, caju sexto, non surrogandum ad te, caju quarto: denique actiuum desiderabant, quod est, rogabant, possebant, non est depravandum, reposito passiuo desiderati sunt, quod est in plerisque libris.

V. 28. Et ad ortum lucis te adorare. Merito Cor-rectorum, pro orientem, quod est in plerisque omnibus codicibus, emendarunt ortum; nec aut omittendum iudicarunt pronomen, aut addendum aduerbiū ibi, aut denique actiuum adorare mutandum in passiuum adorari: quæ sunt quorumdam codicum virtus.

V. 29. Ingrati enim spes tamquam hibernalis glacies tabescit. Alij libri, pro spes, quæ est ianis, habent fidis, ianis; male, & graco differentiæ.

C A P. XVII. v. 2. Fugitiū perpetuae prouidentiae iacuerunt. Causa legas placuerunt aut latuerunt, pro iacuerunt.

V. 7. Et sapientie glorie correptio cum contu-melia. Genitus glorie non est commutandus cum nominatiuο gloria.

V. 10. Cum sit enim timida nequitia, dat testimoniū condemnationis. Pro genituο condemnationis, quidam codices habent datiuum condemnationis, quidam participium condemnata: sed quod in nonnullis legitur: data est in omnium condemnationem, adulterium est. Huic porrò sententia praponunt multi libri aliam his verbis: frequenter enim præoccupant pessima, redarguent conscientia. Verum, non multi, sed omnes, po-pponunt eandem, aliis licet verbis: Semper enim præsumit seu, perturbata conscientia. Quare Romani Patres, priorem illam qua praponit, frequenter enim &c. merito è testis susulerunt ut superfluum.

V. 11. Nihil enim est timor, nisi proditio cogitationis auxiliorum. Plerique libri, inter nisi & proditio, interciunt hec duo verba presumptio-nis adiutoriorum: verum illa redundare, confiden-daz, esse, censurunt Romani Patres non inconsulto.

V. 12. Et dum ab intus minor est exspectatio. Non subiicias pronomen eius.

Sequitur: Maiores computat ipsientiam. Correctores emendarunt insentiam, quod est, igno-rantiam, quomodo est græco, pro eo quod legunt, alijs scientiam, alijs sententiam, alijs conscientiam, alijs potentiam, alijs audaciam, alijs deniq; peccatum.

V. 13. Illius autem qui impotentem verò noctem. Multa reperiuntur notariorum circa hæc verba corruptela, sed præcipue duas; una, qua, vox una impotentem, diffrabitur in duas in potentem, vel in potenti; altera, qua aduerbiū verà conuer-titur in verbum venire. Sequitur: Et ab infinitis, & ab altissimis inferis superuenientem. Nequaquam omittenda est vox inferis, cui dantur epitheta duo, infinitis & altissimis, idem significativa, profundissimis inquam. Sequitur: Eundem somnia dormientes. Quidam manuscripta, pro participio dormientes, scribunt verbum dormiebant: sed non opus erat haec mutatione, cum participio subaudiere li-ceat verbum substantiuum erant.

C A P. XVIII. v. 1. Et horum quidem vocem audiebant. Non addas inimici.

Ibidem. Et quia non & ipsi eadem passi erant. Non præponens præpositionem per vocē eadem.

V. 2. Quia non lædebantur, gratias agebant. Non subiicias pronomen vel tibi vel cuique.

Sequitur: Et ut esset differentia, donam pete-bant. Reipendendum est donum, quod est mīnus, non substituendum te Deum aut Dominum.

V. 9. Et iustitiae legem in concordia disposue-runt. Non mutandus ablative in accusatiuum concordiam.

Ibidem. Patrum iam decantantes laudes. Pro genitiuο plurali patrum, substituunt quidam datiuum singularem patris, & pro aduerbiū iam no-men omnium; sed male. Quidam unicam vocem scribunt patrias: sed prima scriptura, patrum iam, ut græco consentanea, ita germana Inter-pretes est.

V. 11. Simili autem peccata seruus cum domino afflictus est. Non mutes ablative simili in no-men inaccusativum simili.

V. 13. De omnibus vero non credentes propter

veneficia. *Sic legendum est*, veneficia, quod significat *incantationes*, à veneno deductum; non beneficia, quod dona sive munera denotat: denique nec addendum est pronomen sua.

*Sequitur*: Tunc verò primum cùm fuit exterminium primogenitorum. Non est inuerterendus ordo, ita ut cùm ponatur ante primum, quod postponendum est.

*Sequitur*: Spoderunt populum Dei esse. Merito omiscentur Correctores pronomense, quod plerique preponunt verbo esse.

V. 15. Omnipotens sermo tuus de celo. Superfluit exiliens, quod quidam interjectum, ante de celo.

V. 17. Etimores superuerunt insperati. Non minatius insperati, non est mutandus in datiuum insperatis.

V. 22. Non in virtute corporis, nec armatura potentia. Genitius armaturæ & ablatus potentiæ retinendi sunt; non convertendi, ita ut ablatus armatura, genitius potentiæ sit, prout plerique omnes libri habent.

V. 24. Et magnificentia tua in diademate capituli illius sculpta erat. Pro scripta, à scribo, quod est in plurimis exemplaribus, Correctores repetuerunt verbum sculpta, à sculpo.

CAP. IX. v. 2. Quoniam cùm ipsi permisissent. Quidam libri, pro permisissent, scribunt reuersi essent: plures utrumque scribunt, reuersi essent & permisissent. Ceterum scribendum esse permisissent, & quidem solum, docimus in Notationibus nostris.

*Sequitur*: Ut se educerent. Seruanda sunt duas distinctiones se educentes, posita & proexistente, non contrahenda in unam sed educerent.

*Sequitur*: Et cum magna solitudine premissi illos. Nequaquam est hoc omitendum.

*Sequitur*: Consequebantur illos penitentia aucti. Legendum est plurale, consequebantur, non singulare consequebatur; ablatus penitentia, non genitius penitentia; denique participium plurale acti, non nomen actus, sive pluraliter sive singulariter accipiatur. hac enim sunt plororum que codicum vitia.

V. 8. Quæ tegebatur tua manu. Causa legas regebatur, quod est gubernabatur, pro tegebatur, quod est protegebatur.

V. 12. Per vim fulminum. Cauendum est versus mundum fulminum, quod est fluviorum, pro germana scriptura fulminum, quod est fulgurum.

V. 14. Sed & aliis quidam respectus illorum erat. Correctores scripserunt nomen quidam, pro eo quod vulgo legitur aduero quidem.

## ECCLESIA STICVS.

I N prologo. Et dicentes & scribentes doctissimos fieri. Pro dicentes, quod est loquentes, plerisque legitur dicentes, una litera addita; sed male.

Et illorum periti facti. Non mutes participium facti in verbum infinitum fieri.

Deficere in verborum compositione. Correctores sustulerunt coniunctionem & quæ à plurimis libris preponitur his verbis.

Nam deficiunt verba hebraica. Et hinc sustulerunt & coniunctionem, qua interponebatur ante verba.

CAP. I. v. 8. Unus est altissimus creator omnipotens. Non addas omnium nominis creator.

V. 12. Et longitudinem dierum. Seruanda est coniunctionis & non mutanda cum prepositione in.

V. 16. Cum electis faminis graditur. Non preponas his verbis coniunctionem &.

V. 18. Religiositas custodiet & iustificabit cor. Quidam libri habent viuificabit, quidam, ut correcio, iustificabit.

V. 25. Et ram illius longævi. Non est mutanda copularia & in causalem enim.

CAP. II. v. 17. Et quid facient. Non est mutanda tercia persona in secundam facietis.

CAP. III. v. 10. Vi superueniat tibi benedictio ab eo. Romani Correctores, pro eo quod vulgo legitur Deo, reposuerunt pronomen eo, referendum ad patrem tuum.

V. 12. Non enim est tibi gloria, eius confusio. Et hic, pro coniunctione adversativa sed, reposuerunt pronomen eius.

V. 16. Nam pro peccato matris, restituetur tibi bonum. Causa commutes peccato, quod est delicto, cum eo quod contrarium est, bono facto, ut quidam.

V. 26. Multos quoque supplantauit suspicio il-

lorum. Non scribas enim pro quoque.

V. 28. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus. Pro successus quidam legunt requiem.

V. 30. Frutex enim peccati radicabitur in illis. Insignis correccio, quæ pro verbo composito eradicitur, quod est radicus enelletur, emendatum est scriptum, verbum simplex contraria significatio, radicabitur, quod est, radices agit.

V. 34. Et Deus prospector est cuius reddit gratiam. Non mutes pro pector, quod est retributor, cum conspector aut protector.

*Sequitur*: Meminitius in posterum. Correctores addiderunt pronomen eius.

CAP. IV. v. 8. Et responde illi pacifica in mansuetudine. Nomen pacifica non est mutandum in aduertium pacifice.

V. 13. Complectentur placorem eius. Quidam pro placore, quod est, suavitatem, non intellectu, absurde placatorem scripserunt.

V. 17. Et erunt in confirmatione creature illius. Singulare illius non est vertendum in plurale illorum.

V. 32. Necconoris contra iustum fluuij. Causa scribas fulminis, quod est fulgoris, pro fluuij sive fluminis.

CAP. V. v. 4. Altissimus enim est patiens redditor. Non interponas & ante redditor.

V. 13. Esto manfetus ad audiendum verbum. Non subiicias, quod multi codices, Dei: superfluit enim.

V. 17. Et denotatio pessima super bilinguem. Causa scribas deuotio aut deuotatio, pro denotatio, quod est, vituperatio.

CAP. VI. v. 12. Si humiliauerit se contra te. Non mutes contra in coram.

V. 19. Quasi si qui arat & seminat. Non repeatas qui ante leminat.

V. 31. Et vincula illius alligatura salutaris. Quidam libri interiiciunt fila hyacinthina ante alligatura salutaris: verum alterum solum est nos & editionis. Græcæ ad verbum ferè legitur, fila hyacinthina: verum id videtur Interpres iuxta sensum vertisse alligatura salutaris.

V. 32. Stolam glorie indues eam. Nequaquam mutandus est accusatius stolam in ablative stola.

V. 33. Fili, si attenderis mihi, disces. Quod sequitur in quibusdam libris pronomen eam, superfluit.

CAP. VII. v. 4. Noli querere à Domino ducatum. Romanii Patres correxerunt à Domino, Despicere, quod vulgo legitur ab homine.

V. 6. Et ponas scandalum in æquitate tua. Et hic, pro eo quod vulgo legitur agilitate, id est, alacritate, emendando substituerunt æquitate, quod est, rectitudine.

V. 7. Non peces in multitudinem ciuitatis. Accusatius multitudinem à Correctoribus repositus, nequaquam mutandus est in ablative multitudine.

V. 13. Noli are mendacium aduersus fraterum. Cauendum hic est, ne recidatur in vetus mendacium, Romana correctione sublatum, quo amare quod est diligere, scriptum fuit, pro arare, quod moliri, fabricare, phrasæ hebraicae denotat. Differentia unius literulae ansam præbuit indistinctis scribis, mutandis quod non intelligebant, ut plerisque alias.

V. 29. In toto corde tuo honora patrem tuum. Recitare Correctores periodum inchoarunt ab his verbis in toto corde tuo, quæ alij iungunt periodum precedenti.

V. 33. Et propurga te cum brachiis. Hanc legiōnem prætulerunt Correctores, ei quæ est in aliis libris & propugnat cum brachiis.

V. 37. Gratia dati in conspectu omnis viuentis. Pro dati, alij legunt datus, genitium quartæ declinationis in usitatum: porro datur verbum & participium data, quæ in quibusdam reperiuntur usitata, viua sunt.

CAP. VIII. v. 6. Memento quoniam omnes in correptione sumus. Causa pro correptione, quod est reprehensione, scribas corruptione, id est, pro secunda vocali u Quintam.

V. 8. Et in gaudium nolumus venire. Et hic causa nolumus ne pro nolumus negatiuo, substituamus volumus affirmatiuum.

V. 12. Et in tempore necessitatis dare responsū. Infinitivus dare non est mutandus in futurum indicatiui dabis.

CAP. IX. v. 2. Ne ingrediarunt in virtutem tuam. Non mutes quartos casus in sextos virtute tua.

V. 4. Ne forte pereas in efficacia illius. Male quidam substituerunt effigie id est, specie, pro efficacia, virute.

V. 10. Quasi stercus in via concubabatur. Non addas ab omnibus prætereuntibus.

CAP. X. v. 3. Et ciuitates inhabitabunt per sensum potentium. Noli scribere prudentium, quod est, sensatorum, pro potentium, quod est, principum.

V. 4. In manu Dei potestas terra. Quod sequitur in plurimis omnibus libris & execrabilis omnis iniurias gentium, Correctores iudicarunt impunitum hoc loco, esse vero versus septimi subsequentis.

V. 5. In manu Dei prosperitas hominis. Probata Correctoribus lectio est prosperitas, quod est, felicitas; reprobata, potestas.

V. 26. Noli despice hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorum ditem. Seruandum est verbum imperatiui modi repetitum noli, non commutandum cum aduertio negandi non.

V. 27. Magnus & iudex & potens est in honore: & non est maior illo qui timet Deum. Plerique codices coniunctionem &, quæ preponitur nomini iudex, vertunt in verbum substantium est (magnum est iudex) cuius pauci adiungunt nomines diues, hoc modo: Magnus est diues iudex; sed male hoc. Tria enim hominum genera hic recententur quæ sint in honore, magnus sive magnas, iudex, & potens, sive quod gracie est, dynasta.

CAP. XI. v. 8. Et in medio sermonum ne adiicias loqui. Egregia correctio, quæ restituit vocem sermonum, pro ea qua corrupta à plurimis legitur seniorum, quod est, presbyterorum.

V. 9. De ea re qua te non molestat, ne certevis. Interpres, vocabulo certandi, usus generi dependent, dixit certari, pro certe aut certaveris.

V. 20. Et nescit quod tempus præteriet. Vi volula quod, non pro coniunctione, sed pro nomine adiectivo, est accipienda: ita futurum indicatiui præteriet, non est mutandum cum presenti coniunctui prætereat. Porro pronomen ipsum, quod adiungunt quidam verbo præteriet, redunt.

V. 24. Et in hora veloci processus illius fructificat. Correctores emendarunt hora, quod est, tempore, pro eo quod vulgo legitur, & quidem viatos, honore.

V. 32. Sicut enim erunt præcordia foetentium. Alij libri scribunt prima coniunctione, foetentium, quod est, foetorum.

Ibidem. Et sicut prospector. Quidam libri habent prospectator.

V. 34. A scintilla vna augetur ignis. Non adiudas coniunctionem enim.

V. 36. Et abalienabit te à tuis propriis. Retinendum est pronomen tuis, non surrogandum non men viis, quod est, semitis.

CAP. XII. v. 4. Et impii & peccatoribus reddet vindictam. Causa scribas imperatiuum secundum personam redde, pro tertia persona futuri indicatiui reddet.

V. 6. Prohibe panes illi dari. Non mutes passuum dari in auctiuum dare.

V. 12. Noli federe ad dexteram tuam, ne forte conuersus in locum tuum, inquirat cathedralm tuam. Plerique libri, ante hac verba ne forte conuersus in locum tuum, interiiciunt alia proorsus similia ne conuersus stet in loco tuo, sed quæ iudicata sint superflue.

V. 13. Et sic qui comitatur cum viro iniquo. Non omittas aduertium sic, nec præponas coniunctionem.

V. 18. Et quasi adiuuans suffidet plantastus. Causa mutes pronomen secunda persona tuas intertie suas.

CAP. XIII. v. 10. Attende, ne seductus in stultitiam humilieris. Casus quartus stultitiam, præferendus est sexto, tum hoc tum proximo verso.

V. 14. Et subridens interrogabit te de absconditus tuis. Immitis animus illius conseruabit verba tua. Hanc germanam esse tum lectioem distinctiionem, docuimus olim in Notationibus nostris. Quidam enim libri, proximam sententiam auspicantur ab illis verbis de absconditis tuis: quidam, pro nomine immitis, habent verbum immitis, & pro nominativo animus, datum animo: quidam denique unicum verbum conseruabit, dividunt in duo non seruabit. Nam haec corruptela huc occurruunt.

# ROMANAЕ CORRECTIONES

V. 17. Audiens verò illa, quasi in somnis vide. Nec addas nomen verba, nec scribas loco coniunctionis vero.

V. 18. Si communicabit lupus agno aliquando. Coniunctio si non est mutanda in aduerbiū sicut.

V. 22. Quæ communicatio sancto homini ad canem? Pro lancto homini, quidam legunt sancti?

Sequitur: Aut quæ pars dicitur ad pauperem? Nominis pars, non addas epitheton bona.

CAP. X L V. v. 10. Oculus malus ad mala. Subiunctum quidam libri erigit aut erigetur, sed superflue.

Sequitur: Et non satiabitur pane, sed indigens & in tristitia erit super mensam suam. Correctores addiderunt coniunctionem aduerbiū sed.

V. 12. Memor esto quoniam mors non tardat.

Non mutes præsens tardat in futurum tardabit.

Sequitur: Et testamento inferorum quia demonstratum est tibi. Pro coniunctione quia, non scribas nomen quod, aut aduerbiū iam.

Sequitur: Testamentum enim huius mundi, morte morietur. Quidam libri, pro futuro indicati morietur, habent imperatiū moriatur: sed plurimum est, quod legitur in nonnullis, mortem operatur.

CAP. X V. v. 9. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Quod subiunctum quidam libri, quia non est à Domino misitus, merito Correctores iudicavit superfluere.

V. 16. Si volueris mandata seruare, conservabutte. Multi codices scribunt compositum conservare: sed & quod subiunctum nonnulli, redunt.

Sequitur: Erit perpetuum fidem placitam facere. Pro facere non subiectus seruare, multo minus futurum indicati seruabant aut facient.

V. 17. Apposuit tibi aqua & ignem. Tertia persona apposuit non est mutanda in primis apposuit.

CAP. X VI. v. 5. Ab uno sensu inhabitatibus patria, tribus impiorum deferebuntur. Peruersi latini, unisensato opponit res impios, scripserunt plerique & a tribus impiorum, pro germana scriptura tribus impiorum, qua tribus substantiuū est pro familia acceptum: quam Romani Patres restituerunt.

V. 9. Et non pepercit peregrinationi Loth. Et hic restituerunt nomen proprium Loth, pro pronomine illorum, quod alios plerosque omnes libros occupat.

V. 14. Et non retardabit sufferentia misericordiam facientis. Pro primo casu sufferentia, non scribas quartum sufferentiam.

V. 19. Cūm conspererit illa Deus. Non præponas coniunctionem &c.

V. 22. Et interrogatio omnium in consummatione est. Vocula omnium, id est, cunctorum, non est mutanda in hominum.

V. 30. Anima omnis vitalis denunciauit ante faciem ipsius. Correctores sustulerunt coniunctionem autem, quæ postponebatur voci anima: & futurum denunciat, quod antea legebatur a plerisque, commutarent cum præterito denunciavit; quam optimè.

Sequitur: Erit in ipsam iterum reuersio illorum. Et hic rectissime, in locum sexticas ipsa, surrogari quartum ipsum.

CAP. X VII I. v. 7. Posuit oculum suum super corda illorum. Retinendum est pronomen reciprocum suum, non substituendum ipsorum, quod est in aliis multis.

V. 18. Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso. Causa necidas in vetus menā, eorum qui scripserunt facultus, diminutiuū à focis, pro signaculum, quod est sigillum.

V. 19. Et conuertet in interiores partes terræ. Præferendum est conuertet, ei quod quidam libri habent conteret: & interiores per se mutam probatur præ interiores per se semiuocalem.

V. 26. A mortuo quasi nihil, perit confessio. Non iudicarunt Romani Patres omittendam vocem confessio, tametsi à non paucis manuscriptis omittant. Causam intelligere poteris ex Notationibus nostris.

V. 30. Aut quid nequius quam quod excogitauit caro & latus? Nec hic omittendum iudicarunt quam quod.

CAP. XVIII. v. 6. Et cūm quieuerit, aporabitur. Vulgo legitur operabitur, quod est, laborabit, videbit sibi de integrō esse laborandum: sed Patres scripserunt, vocem grācam ab Interpretate fuisse retentam, ut alibi, & scriptum fuisse

aporiabitur, quod est, perplexus erit.

V. 8. Quasi gutta aquæ maris deputati sunt. Scribendum est gutta numero singulare, non plurale.

V. 14. Misericordia excipientis doctrinam miserationis. Ut præsens indicatiū misericordia, non est mutandum in præsens imperatiū misericordia; ita neque genitiū excipientis, in nominatiū excipiens.

Sequitur: Et qui festinat in iudiciis eius. Consequenter nec hic mutandum singulare festinat in plurale.

V. 22. Et ne verearis usque ad mortem iustificari. Multicodices legunt veteris: Patres prætererunt verearis.

V. 24. Et tempus retributionis in conuersatione facie. Causa ne genitiū facie, mutes siue in nominatiū siue in verbū facies, aut particiū faciens.

V. 25. Et necessitatum pauperis in die diuiniarum. Neque hic, genitiū plurale necessitatum, mutes in accusatiū singulare necessitatem.

V. 27. Homo sapiens in omnibus metuet. Præferendum est futurum præsenti metuet.

V. 29. Et impluerunt procerua & iudicia. Correctio est impluerunt, compositum ab eo & pluo, quod est, instillauerunt; pro vulgari lectione implorauerunt, ab eo & ploro.

V. 33. Et efti nihil in facculo. Duo virtus ex hoc versiculo sublata sunt: Vnum, quod omnia est negatio non, que interponebatur media inter &, & est: alterum, quod pro seculo, quod est suo, restitutum est facculo, quod est marsupio.

Sequitur: Eris enim inuidus vita tua. Non subfutus anima pro vita.

CAP. XIX. v. 12. Sagitta infixa femoris carnis. Causa legas canis, omissa litera r, pro carnis, quod est, corporis.

V. 24. Et efti se nimium submittit. Merito omisita est vox iufus, que interponebatur media inter & & est, nec folium in hac pericope, sed & in subsequence: Efti qui inclinat faciem suam.

Sequitur: Efti se non videre quod ignoratum est. Causa omisita negationem non.

CAP. XX. v. 6. Et efti tacens, non habens sensum loquela. Non addas coniunctionem autem.

Sequitur: Efti tacens, sciens tempus aptum. Adiectio aptum, è quarto casu mutato in secundum apti, multa exemplaria adiungunt substantiū temporis: sed illud cūm minus congrueret videtur, alij adiunctorunt sermonis.

V. 16. Odibilis est homo huiusmodi. Non præponas & coniunctionem.

V. 20. Sic casus malorum festinanter veniet. Numerus singulare veniet, non est mutandus in plurale venient.

V. 21. Homo acharis quasi fabula vana. Pro acharis, quidam substituerunt ingratu, volentes interpretari graciam vocem, quam Interpres reliquerunt.

V. 31. Xenia & dona excēcant oculos iudicum. Pro xenia quidam scripserunt munera, explicandi causa.

CAP. XXI. v. 5. Obiurgatio & iniuria annullabunt substantiam. Pro obiurgatio, quidam scribunt cataleptatio, quam vocem à grecis formata, putant ab Interpretate fuisse datam, eiusque loco tandem substitutam interpretationem obiurgatio.

V. 6. Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures eius perueniet. Non mutes pronomen eius, in nomine Dei, fedita in ielitigia.

V. 11. Via peccantum complanata lapidibus. Spurium est, quod quidam scribunt complanata à plano, pro complanata, à planus.

Sequitur: Erit fine illorum inferi, & tenebrae, & poena. Casus sextus fine, non est mutandus in quartum finem.

V. 15. Efta sapientia quæ abundat in malo. Pro sapientia, quidam contrarium purauerunt esse corrigendum, insipientia; sed male.

Sequitur: Efti non est sensus, ubi est amaritudo. Posterior est quidam mutant cum abundant.

V. 18. Verbum sapientis quodcumque audierit scius laudabit, & ad eft adiicit. Non omittas voculas illas duas ad se.

V. 31. Et qui cum eo manserit, odiosus erit. Nec hinc auferas voculas cum eo.

CAP. XXII. v. 3. Filia autem in deminoratione fiet. Nominis filia, nec præponas in præpositionem, nec postponas adiectiuū fatua.

V. 8. Qui narrat verbum non audienti. Alij

non attendenti, qua expofitio est.

V. 10. Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatum plora, defecit enim sensus. Pro nominatiū sensus, quidam ablatiū logunt, sensu: sed nominatiū est & in priori membro, ex quo non est posteriori addendum pronomen eius (sensus eius) sed subaudiendum.

V. 11. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit. Quid sequitur in quibusdam libris: Plurimum vero super vitam fatui, superfluit.

V. 19. Loratūm ligneum colligatum in fundamento adiifici non disfluctuerat. His verbis non est præponendum aduerbiū sicut, et si subaudiendum: porrō loramentum, quod est, ligamentum, deductum à lorum, inepti quidam mutant in ornatum: adhac in præpositio non facile est omitenda: denique futurum disfluctuerat, vertinon debet in præsens disfluctuerat.

V. 20. Meu non deprauabitur. Voci metu non præponitur coniunction vel.

V. 21. Sicut pali in excellis, & clementia sine impenitentiis. Nec huic versui præponendum est. Sicut ornatū arcenos in pariete limpido, & nec versui 23. (quidam enim libri vni, quidam alteri versui præponunt) omnino enim superfluit, videretur altera esse interpretatio eius quod noſter reddidit clementia sine impenitentia, quod docuimus in Notationibus. Porro hoc versu 21. recte Correcione scripserunt pali, quod significat stipes aut arundines, pro eo quod alij plerique corrupè legunt palce: ubi & consequenter, inepti quidam omiscent prepositionem sine, quidam etiam impensa, quod est expensa, mutarunt in immensa, quod est, magna.

Sequitur: Posita contra faciem venti non permanebunt. Quod subiunctum quidam codices Et cor confirmatum in cogitationibus sensus non turbabitur, non est huius loci, sed altera est eius quod praecessit verso.

V. 22. Sic & contumidum, in cogitatione stulti, contra impetum timoris non resulet. Non subiunctum quidam, in omni tempore. De hoc autem, & tum præcedenti tum subsequenti verso, legere Notationes.

V. 27. Ad amicum si aperueris os triste, non timet. & ad amicum, quod alij sine faciunt præcedenti verso, Correcione initium huius: deinde pro tertia persona aperuerit, emendarunt aperireis persona secunda.

V. 31. Amicum salutare non confundar. Et hic emendarunt confundar, prima persona, quod alij plerique scribunt secunda persona confundaris. C AP. XXIII. v. 1. Nec finas me cadere in illis. Legendum est in illis, non, ut multi, in illa exprobatione, aut in illam exprobationem.

V. 2. Quis superponet in cogitatione flagella. Futurum superponet non est mutandum in præsens superponit.

V. 3. Et gaudeat super me inimicus meus. Non est omittendum medium illud super me.

V. 14. Replebit enim retributione domus illius. Non addas nomini retributione, epitheton pessimā, quod quidam.

V. 24. Non fatigabitur, transgrediens usque ad finem. Non commutes verbum fatigabitur cum verbo celsibat.

V. 33. Secundò in vium suum deliquit. Causa vetus notariorum vitium, qui scripserunt dereliquerunt, quod est, deseruit, pro deliquit, quod est, peccauit.

V. 36. Derelinquet in maledictum memoriam eius. Futurum singulare derelinquet, non est verendum, vel in plurale derelinquent, vel in passum relinquent; ut nec accusatiū memoriam, in nominatiū.

CAP. XXIV. v. 16. Erit parte Dei mei hereditas illius. Non est mutandus ablatiū singularis parte, in accusatiū plurale partes.

V. 25. In me gratia omnis via & veritatis. Correctores emendarunt via, quod est semite, pro via, quod multi habent.

V. 39. A mari enim abundauit cogitatio eius. Retinendum hinc est, ex patrum sententia, præteritum abundauit, non substituendum futurum abundauit.

Sequitur: Et consilium illius ab abyſſo multa. Causa commutes præpositionem ab cum in.

V. 41. Ego qualis fluuij dioryx. Nobilis huius loci emendatio, qua fluuij scriptum est casu genitivo, pro eo qui vulgo legitur nominatiū fluuij, & dioryx trisyllabum, pro diffusiblō dioryx, quod quidam peius legunt dorax, alij pessimē vorax. Primus error occasio ex eſumta eſt, quod existi-

matum sit, dioryx esse nomen proprium, quod est appellatum, significans grācē alueum.

V. 42. Et incibrio prati mei fructum. Cae-  
mutes prati, quod quidam legunt pratus, & signi-  
ficat pascuum; in partus, deriuatum à paro.

C A P. XX V. v. 4. Diuitē mendacem, senem  
fauuum. Non interponas coniunctionē &, ut quidā.  
V. 7. Quām specia veterani sapientia & glo-  
riosis intellectus & consilium. Seruādus est tertius  
casus pluralis numeri glorioſis, non ſupponendus  
primus numeri singularis glorioſus.

V. 24. Et obcecat vultum ſuum tamquam vr-  
ſus. Legendum eft preſentī tempore obcecat, po-  
tius quām futurum obcecat: quemadmodum &  
oſtentit preſens, potius quām futurum oſtentet,  
in eo quod ſequitur. Et quāl ſaccum oſtentet.  
Por-  
rō quod proximum eft, in medio proximorum eius,  
Correctores facerunt initium verſus 25, quod alijs  
ſacculūt ſinem huius.

V. 31. Et plaga cordis, mulier nequam. Pro cor-  
dis, quod eft xædias, alijs vitiosè ſcribunt mortis,  
qua eft dārāt.

V. 35. Confundet te. Non preponas coniunc-  
tionē &c.

C A P. XX VI. v. 1. Numerus enim anno-  
rum illius duplex. Vulgo ſcribitur plurale illorum;  
Correctio eft, singularē illius.

V. 3. In parte timentum Deum. Substantiuo  
parte non adicias adiectiuo bona.

V. 9. In muliere zelotypa. Correctores pratu-  
lerunt vocem zelotypa, ei quam alijs legunt voci  
infidelis.

V. 14. Ab omni irreuerentia oculorum eius ca-  
ue. Non mutes genitiuum oculorum, in datiuo  
oculis, nec omissas pronomen eius.

C A P. XX VII. v. 2. Et emptionis angu-  
ſiabitur peccatum. Retinendum eft nominatiuus  
singularis peccatum, non mutandus in ablatiuo  
pluralem peccatis.

V. 5. Sicut in percussione cribri remanebit puluis.  
Correctores pratulerunt puluis, ei quod alijs legunt  
stercus.

V. 7. Sic verbum ex cogitatu cordis hominis.  
Genitiuum cordis non temere vertendus eft in ac-  
cūſatiuum cor.

V. 9. Si ſequaris iuſtiā, apprehendes illam.  
Verbum apprehendes, non eft mutandum in parti-  
cipio apprehendens.

V. 13. In medio infensorum ſerua verbum  
tempori. Vitiosè quidam, pro imperatiuo ſecunda  
perſone ſerua, ſcriberunt indicatiuum tercia per-  
ſone ſerua.

V. 14. Eritis illorum in deliciis peccati. Pa-  
tres emendarunt deliciis, quod eft delectationibus,  
pro eo quod vulgo legitur delictis, id eft, offendio-  
nibus.

V. 26. Condulcabit os ſuum. Cae, pro con-  
dulcabit, deducto à dulcis, ſribas conculcabit à  
calco.

V. 27. Multa odiui. Correctio eft odiui, quod  
eft, odi; reprobata leſio audiui, ab audio.

C A P. XX VIII. v. 7. Tabitudo enim &  
mors. Cae legas Beatiudo, quod eft felicitas, pro  
tabitudo, corruptio.

V. 14. Si ſuſſlaueris in ſcintillam, quāl ignis  
exardebit. Correctores recte addiderunt, in ſcintil-  
lam, quod plerique libri omittunt.

Sequitur: Eſi expueris ſuperillam, extingue-  
tur. Retinendum eft pronomen feminini generis  
illam, non ſubſtituendum masculinū illum.

V. 15. Multos enim turbabit pacem, habentes.  
Alij pro futuro ſcribunt prateritum turbavit.

V. 19. Lingua tercia mulieres viratas ciecit.  
Quod quidam legunt fortes, pro viratas, ſeu viri-  
tas, expoffito eft.

V. 25. Et vitis potius infernus, quām illa. Alij,  
pro infernus, ſcribunt inferus: ſed vitiosè quidam  
tertio caſe inferis.

V. 28. Linguam nequam noli audire. Non pre-  
ponas his verbis & coniunctionem.

Sequitur: Et ori tuo facio oſta & ſeras. Quod  
sequitur in plerisque codicibus auribus tuis, Patres  
ſuperfluere censuerunt.

C A P. XX IX. v. 6. Et loquetur verba ta-  
di, Non ſcribas graciam vocem acediae, pro lati-  
na redi.

V. 7. Si autem potuerit reddere, aduersabitur,  
ſolidi vix reddet dimidium. Pro aduersabitur, qui-  
dam legunt auferabitur, quidam aduersatur, qui-  
dam auferatur: inter qua parua differentia eſi-  
rerum, non minus quam vocum: ſed nomē ſo-  
lidi retinendum eft, nequaquam mutandum in  
aduerbiū ſolidē.

V. 10. Multi non cauſa nequitiae non ſcenari-  
ſunt. Non omittas alterum non, ſive prius ſive po-  
ſterius.

V. 15. Concluſe eleemosynam in corde paupe-  
ris. Pro corde non ſcribas finu.

V. 16. Super ſcutum potentis. Qua bis verbis  
preponunt plerique omnes libri. Eleemosyna vi-  
qui ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi  
pupillam conſeruabit: & poſte refuget, & retri-  
buet illis retribuonem, vnicuique in caput illo-  
rum; Correctores indicarunt redundare, omnino &  
eſſe auferenda, ut qua non huius ſint loci, ſed illius  
qui ſupra cap. 17. v. 18. 19.

V. 19. Vir bonus fidem facit pro proximo ſuo.  
Non eft omittenda prepoſitio pro.

V. 24. Repromiſio nequifima, multos perdi-  
dit dirigentes. Cae, pro dirigentes, quod eft, felici-  
ter agentes, legas aut diligentes aut delinqüentes.

V. 34. Hosptio mihi factus eft frater. Non mu-  
tes perſonam tertiam eft in ſecundam eſt.

C A P. XXX. v. 1. Salus animæ in ſanctitate  
iustitiae, melior eft omni auro & argento. Non inter-  
jeſicas coniunctionē & ante comparatiuum melior.

Sequitur: Et corpus validum, quām censu im-  
menius. ſcribendum eft census per c tertiam al-  
phabeti literam, non ſenſus per f.

V. 20. Portans mites iniuitatis. Non pre-  
ponas his verbis & coniunctionem, ſicut nec his  
v. 24: Congrega cor tuum in ſanctitate eius.

V. 27. Splendidum cor & bonum in epulis eft.  
Hinc non auferas & coniunctionem medium.

C A P. XXXI. v. 1. Vigila honestatis ta-  
befaci carnes, & cogitatu illius auferet ſomnum.  
Duplex futurum quidam mutant cum dupli-  
ci preſenti, tabefaci, auferat.

V. 10. Qui probatus eft in illo, & perfectus eft,  
erit illi gloria æternā. Alij pro relatiuo qui, ſcribūt  
interrogatiuum quis, & futuro erit preponunt  
coniunctionem &. Porro participiū inuenitus, quod  
quidam addunt particípio perfectus, ſuperfluit.

Sequitur: Qui potuit transgreſi, & non eft  
transgreſſus. Pro qui, non facilē hic ſubſtituendum  
eſt interrogatiuum quis.

V. 13. Non dicas ſic: Multa ſunt quaſe ſuperil-  
lam ſunt. Multi libri, aduerbiū ſimiſitudinis ſic,  
iunctum ius que procedure, mutant in coniunctione  
nem conditionalē ſi iunctam ius que ſequuntur;  
male, ſed peius illi, qui duas voces ſi multa, contra-  
hant in unam ſimulata.

V. 16. Cūm viderit, ne extendas manum tuam  
prior. Alij precedentis verſu, Correctores huic,  
diſtinguendo iungunt rō cum viderit.

V. 19. Ne, cum manducas multum, odio ha-  
bearis. Pro ne, alijs minus clarē & non.

V. 25. Surge ē medio, euome. Vnicam vocem  
euome de diſtrahas in duas & vome.

V. 29. Nequifimo in pane murmurabit ciuitas.  
Dotted Correctores prepositionem in, collocaunt  
mediam inter nequifimo & pane, quam alijs in-  
commode collocaunt aue nequifimo.

V. 33. Quia vita eft ei qui minuitur vino. Pleri-  
que libri habent: qua, pro eo quod Correctores de-  
xterreſe emendarunt ei qui.

C A P. XXXII. v. 2. Curam illorum habe & ſic  
confide. Cae ne confide, quod eft ſede auctū una  
ſyllaba, mutes in confida, quod eft, animaduerte.

V. 5. Loquere maior natu, decet enim te pri-  
mum verbum, diligent scientia. Nominatiuus  
maior non eft mutandus in datiuo maiori: vt  
ne ablatiuo diligent scientia, mutandi ſunt in ali-  
os casus.

V. 13. In medio magnatorum ne preſumas.  
Non addas loqui.

V. 15. Etilicauocare. Pro auocare, non ſcri-  
bas addita d litera, aduocare, vel una voce in duas  
diſtrahā aduocare te.

V. 19. Scandalizabitur in ea. Non eft mutan-  
dum in cum ab.

C A P. XXXIII. v. 2. Et non illidetur.  
Cae ſcribas illudetur, quod eft, rifui exponetur,  
pro illidetur, quod eft, impinget, vocalem in qua-  
ntum pro tertia.

V. 11. In multitudine disciplinæ Dominus ſe-  
parauit eos. Nominatiuus Dominus nequaquam  
mutandus eft in genitiuum Domini.

V. 15. Duo & duo, & vnum contra vnum. Ma-  
le alijs plerique libri, pro priori coniunctione &, re-  
petunt coniunctionem contra: Duo contra duo.

V. 24. Ne deaderis maculam in gloria tua. Re-  
tinendum eft ſextus caſus gloria tua, non mutandus  
in quatinus.

V. 31. Si eft tibi ſeruus fidelis. Pro fidelis, in  
quibusdam libris eft bonus, in quibusdam ſenſa-

tus: in quibusdam nihil eft horum, ſed ſubauditur  
huiusmodi aliquid.

C A P. XXXIV. v. 3. Hoc ſecundum hoc,  
viſio ſomniorum. Non eft omittendum prius hoc,  
ſed utrumque legendum.

Sequitur: Ante faciem hominis ſimiſitudi-  
nois. Non addas alterius posteriori voci hominis.

V. 8. Et ſapiencia in ore fideliſ complanabitur.  
Pro complanabitur, à planus, quidam minus recte,  
addita una litera, ſcribunt cōplantabitur, à plato.

V. 10. Qui non eft expertus, paucā recognoscit.  
Retinendum eft preſens recognoscit, non ſubſi-  
tuendum futurum.

Sequitur: Qui autem in multis factus eft, multi-  
plicat malitia. Non eft legendum nomen fa-  
tuus pro particípio factus; nec futurum multiplicat  
cabit, pro preſenti multiplicat.

V. 11. Qui implanatus eft, abundabit nequitia.  
Cae pro implanatus, qua eft vox fiſta à gracia  
arare & vagari, ſcribas, addita littera, im-  
plantatus, à planto, aut futurum abundabit, mu-  
tes in prateritum abundauit.

V. 12. Multa vidi errando. Correctores erran-  
do emendarunt, quod eft, vagando, pro eo plerique  
libri habent enarrant, quod eft, explanando.

V. 14. Eti in reſpectu illius benedicetur. Non  
mutes reſpectu in conſpectu.

V. 25. Panis egeſtum, vita pauperum eft. Non  
mutes plurale pauperum, in ſingulare pauperis.

V. 30. Et iterum tangit eum. Pro eum non legas  
mortuum, ſed ſubandias: nullo verò modo omissas  
hac verba.

C A P. XXXV. v. 1. Qui conſeruat legem, mul-  
tiplicat oblationem. Tametsi forte interpreſ redi-  
derit verbum, Correctores tamen retinuerunt id  
quod clarius eft legem: qui & pro orationem, quod  
eſt, prece, ex ius codicibus reſpoſerunt oblationem,  
quod eft, ſacrificium. Nam & ita eft grāce:  
Qui conſeruat legem, multiplicat oblations.

V. 3. Et propitiationem litare ſacrificij. Alij, pro  
genitiuo ſingulare, legunt datiuum plurale ſa-  
crificis.

V. 12. Ad inuentionem facito manuum tua-  
rum. Non eft unica diſtio ad inuentionem, ſed  
dua, ad, quod eft ſecundum, inuentionem.

V. 17. Non despiciat preces pupilli. Cae ſcribas  
populi, quod eft plebis, propupilli, quod eft orphani.

V. 19. Et Dominus exauditor non deleſtabit  
in illis. Non eft omissa negatio.

C A P. XXXVI. v. 9. Tolle aduersarium  
& afflige inimicum. Reſtē Patres tolle ſcripſerunt,  
quod eft, aufer è medio, pro eo quod plerique le-  
gunt, & contrarium eft, extolle.

V. 13. Ut cognofcat quia non eft Deus nisi tu,  
& enarrant magnalia tua. Alij libri, contrario or-  
dine, prius ſcribunt &, poſterius vt; male.

V. 17. Da testimonium hi qui ab initio crea-  
tura tua ſunt. Multi libri, pronomina hi qui, mu-  
tant in coniunctionem quia; male itidem.

Sequitur: Et ſuſcita praedicationes. Legendum  
eſt praedicationes, poſitum pro prophetias, non pre-  
dications, quod eft, orationes.

V. 19. Secundum benedictionem Aaron de po-  
pulo tuo. Prepoſitio de non eft commutanda cum  
verbā, & ac poindre non inchoanda ab hiſ verbis  
non a periodus, ſed precedentis iungenda ſunt, pro-  
ut Correctores iungervant.

V. 21. Fauces contingunt cibum ferā, & coſen-  
ſatum verba mendacia. Pro ſenſatum, quod eft,  
prudens, intelligent, caue ſcribas contrarium inſenſa-  
tum.

V. 28. Quis credit ei qui non habet nidum. In-  
terrogatiuum quis, non eft mutandū in relatiuum  
qui, nec nominatiuus quis in datiuum cui, ablativo  
ſubsequēre datiuo ei: Cui credit qui, corrupcta in  
hac lectio eft, & Correctoribus reſtituta integratati.

C A P. XXXVII. v. 6. Et non immemor  
ſi illius in opibus tuis. Correctores emendarunt  
opibus, quod eft, diuitiae, pro eo quod vulgo legi-  
tur operibus, quod eft, auctiſ ſive geſtis.

V. 7. Noli confiliari cum eo qui tibi inſidiatur,  
& à zelantibus te abſconde confilium. Et hic, pro  
eo quod plerique libri habent ſum ſocero tuo, em-  
endarunt cum eo qui tibi inſidiatur: neque hunc  
verbi paulo poſt repetendum iudicarunt, ut qui-  
dam libri, hiſ verbis: Noli confiliari cum eo qui  
iufceptum te habet, & ab æmulantibus tibi ab-  
ſconde confilium.

V. 9. Et ipſe enim animo ſuo cogitat. Pro & ip-  
ſe enim, quidam legunt & quid ipſe: pro ſuo tertio  
perſone & pronomine, non nulli tuo ſecide ſcribunt: de-  
nig, pro cogitatibꝫ futuro iudicatiui, alijs habet pre-  
ſens ſubiectiuum cogitet; ſed minū reſtē hec omnia.

# ROMANAЕ CORRECTIONES

V. 12. Cum virō irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia. *Quidam libri*, pro irreligioso, quod est, impio, scribunt contrarium religioso, quod est, pio, & iusto, pro iniusto: alij quidam ad finem sententia adiiciunt noli confilari, verēm hęc Corretores sequentur nō esse censuerūt.

Sequitur: Et cum muliere de ea quę emulatur. *Ablatiū singularem generis feminini ea, non mutes in plurali his.*

V. 16. Et qui, cū titubaueris in tenebris, condolebit tibi. Malè alij plerique codices, vocalis qui cum contractis in unam quicunque, & secunda titubaueris versa in tertiam titubauerit, deniq; ad dita non negatione ante condolebit, scribunt: Et quicūs titubauerit in tenebris, nō condolebit tibi.

V. 17. Corboni consiliū statue tecum. Non preponas his verbis coniunctionem &c.

V. 22. Est vir affutus, multorum eruditior, & anima sua inutilis est. Vir peritus multis eruditius, & anima sua fuisus est. *Harum duarum sententiārum, sola prior legitur à libris græcis; sola posterior a plerisque latini: Patres utramque repererunt & inveniuntur.*

V. 33. Et auiditas appropinquabit vscj ad choleram. Pro auiditas græcē & aplestia, vi & proximo verso pro crapulam, ubi dicitur: Propter crapulam multi obierunt: quam græcam vocem, qua proprie significat insatiabilitatem, alij latini libri retinunt bis duobus locis.

C A P. XXXVIII. v. 4. Altissimus creuit de terra medicamenta, & vir prudens nō abhorribit illa. Alij libri minus recte, pronome medicamenta & pronome illa neutrīs, legūt nō men medicinam & pronome illam feminina.

V. 6. Ad agnitionem hominum. Non preponas his verbis coniunctionem &c.

V. 20. In abductione permanet tristitia. Corretores censuerunt abductione non esse mutandū in obductione, id est, vocalem primā in quartam.

V. 25. Sapientia scribā in tempore vacuitatis. *Vulgaria lectio est*, Sapientiam scribe, qua verbum scribere regit accusatiūm sapientiam: sed germana lectio est, qua nominatiū sapientia regit. Porro sūrū sunt, natiuitatis & vanitatis, qua quidam scribunt provocatiā, quod est, orij.

V. 26. Qua lapientis replebitus qui tenet aratum? Cae ne ablatiūnū qua, mutes in coniunctione nō quia, ut plerique habent, ac proinde prædictibus iungas illud quia sapientia replebitur.

V. 28. Qui sculpsit signacula sculpsilia. Non mutes accusatiūm plurale signacula, in ablatiūm singulare signacula.

V. 31. Et vigilia sua ornabit in perfectionem. Dua sunt voces in perfectionem, non una in imperfectionem, ut plerique scribunt.

V. 32. Et in numero est omnis operatio eius. Et hic due sunt distinctiones in numero, quod est, certe numero; non una innumerata, quam alij habent, & contrarium significat, absque numero.

V. 39. Accommodantes animam suam & conquirentes in lege Altissimi. *Quidam libri*, pro participiis pluralibus accommodantes & conquirentes, legūm genitiūm singulares accommodantis & conquirentis, quod de re Notationes nostra. Porro animam suam numero singulari, non est mutandum in pluralia animas suas.

C A P. XXXIX. v. 5. Bona enim & mala in hominibus tentabit. Legendum est hominibus, quod est, & genitio, non omnibus, quod est, & genitio.

V. 15. Si permanferit, nomen derelinquet plus quam mille. Non addas pronomen eius voci nomen.

V. 17. In voce dicit. Non premittas & coniunctionem. Porro præfens dicit, quidam mutant cum præterito dixit, quidam cum futuro dicam, quidam cum participio dicens. Nam imperativus dicit, & futurum tertia persona dicet, non videtur alicuius esse auctoritatis.

V. 23. Quoniam in præcepto ipsius placor sit. Non legas placatio, sed per placor intellige beneplacitum.

V. 27. Benedictio illius quasi fluuius inundabit. Non mutes præteritum inundavit in futurum inundabit.

V. 31. Sal, lac, & panis similagineus. Non omitas sal.

V. 34. Et fuorem eius qui fecit illos placabunt. Legendum est placabunt, potius quam id quod in plerisque & libris confundunt.

V. 37. Et super terram in necessitatē præparabuntur. Non mutes accusatiūm necessitatē in ablatiūm.

V. 39. Etonne opus hora sua subministrabit. Seruandum est futurum subministrabit, non substituendum præteritum subministrabit.

C A P. XL. v. 3. A residente super sedem gloriosam. *Ablatiū singularis* residente, nequaquam mutandus est in nominatiūm pluralē residētes, omis̄a præpositione a.

V. 5. Somnis noctis. Cae scribas mortis, quod est & caro, pro noctis.

V. 11. Omnia quae de terra sunt, in terram conuertentur. Non addas coniunctionem enim.

Sequitur: Et omnes aquæ in mare reuertentur. Præferendum est reuertentur, ei quod alij legunt conuertentur.

V. 13. Substantia in iuistorum sicut fluius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluvia personabunt. Præstat retinere pluralia siccabuntur & personabunt, quam substituere singularia, siccabitur & personabit.

V. 15. Super cacumen petrae sonant. Non mutes presens sonant in futurum sonabunt.

V. 17. Et misericordia in seculum permanet. Neque hic mutes accusatiūm seculum in ablatiūm seculo.

V. 18. Et in ea inuenies thesaurum. Alij, pro seconda persona, scribunt tertiam inuenier.

V. 19. Filij & ædificatio ciuitatis confirmabit nomen. Nec omittas coniunctionem &, nec vertas futurum in præteritum confirmauit.

Sequitur: Et super hęc mulier immaculata computabitur. *Neurum plurale* hęc seruandum est, non substituendum femininum singulare hanc.

V. 22. Et super hęc, virides sationes. Neg, hic, pro plurali hęc, substituas singulare hoc.

V. 25. Aurum & argentum est constitutio pedum. Corretores pratulerunt est constitutio pedum, ei quod quidam libri habent constituit vel constitut pedem.

V. 26. Facultates & virtutes exaltant cor. Cae legas victus, quod est, sumptus, pro virtutes, quod significat vires.

V. 32. In ore imprudentis condulcabitur inopia. *Quidam, pro imprudentis, legunt impudentis, quod est inuercundi: sed pro condulcabitur, quod est dulcecerit, nullo modo legendum est concubatur, id est, tercia alphabeti litera, pro quarta.*

C A P. XLI. v. 4. Et incredibili qui perdit patientiam. *Corretores Patrum est patientiam, quod est, tolerantiam: reproba lectio, sapientiam.*

V. 6. Et quid superueniet tibi. *Quidam libri legunt numero plurali & qui vel quae superuenientibz.*

V. 17. Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, que utilitas in vtrisque? Non commutes inuisus cum occultus.

V. 19. Sapientiam reuertemini in his quae procedunt de ore meo. *Legendum est reuertemini, quod est, pudorem habete; non reuertimini, quod est, redite.*

V. 20. Non estenim bonum omnem reuertiam obseruare. Malè & hoc loco, plerique, pro reuertiam, quod est, verecundiam sine pudorem, scribunt contrarium irreuertiam.

V. 28. Ab amicis, de sermonibus impropriis. Non preponas verbum caue.

C A P. XLII. v. 5. De corruptione emptoris. Corretores pratulerunt corruptione, quod est, vitiacione, ei quod alij legunt correptione, quod est, admonitione.

V. 8. Et probatibus in conspectu omnium viuum. *Insigne correctio, qua repositum est viuum, quod est, viuentium, pro eo quod plerique omnes libri habent, viuorum.*

V. 9. Ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur. *Hic egregie restiterunt adulta, quod est, florē atatis pertransiens, pro adultera, quod est, forniciaria.*

V. 17. Stabiliri in gloria sua. Non mutes passum in altum stabilire.

V. 23. Et tamquam scintilla. Nec hic nominatum in accusatiūm scintillam.

C A P. XLIII. v. 8. Crescens mirabiliter in consummatione. Alij libri, pro ablatiūo, habent accusatiūm consummationem.

V. 9. In firmamento cali resplendens gloriōse. Non scribas nomen femininum gloriosa, pro aduerbio gloriōse.

V. 11. In verbis sancti stabunt ad iudicium. Non mutes genitiūm singularem sancti in ablatiūm plurale sancti.

Sequitur: Et non deficient in vigiliis suis. Non

supponas exardescere pro deficit.

V. 17. Et in voluntate eius adspirabit Notus. Corretores pratulerunt futurum præterito adspirauit.

V. 18. Vox tonitruis eius verberabit terram. *Alia est versio, qua habet exprobarit, pro eo quod nostra verberabit: ubi & futurum seruandum Corretores indicarunt.*

V. 21. Et dum gelauerit, fiet tamquam cacumina tribuli. Non mutes gelauerit cum flauerit, nec cacumina, omis̄a prima litera c, cum acuminata.

V. 23. Et extinguet viride, sicut igne. Non substituas accusatiūm ignem pro ablatiūo.

V. 24. Eros obuians ab ardore venienti. Non scribas, omis̄a præpositione, datiuum ardori pro ablatiūo.

V. 25. Et plantauit in illa Dominus insulas. Observat digna correctio, qua scriptum est pronomen femininum in illa, pro masculino illum, & nomen appellatiūm insulas, pronomine proprio Iesu: sic enim habent plerique omnes latini libri: Et plantauit illum Dominus Iesus.

V. 34. Non enim comprehendetis. *Quidam codices scribunt non enim peruenietis; quidam non enim habebitis: primum est omnī optimum.*

C A P. XLIV. v. 5. In peritia sua requirent modos musicos. Corretores pratulerunt peritia, ei quod alij libri habent peritia, quod est, adolescentia.

V. 10. Quorum pietates non defuerunt. Præferendum est numerus pluralis, ei quem alij legunt singulare.

V. 11. Cum semine eorum. Non preponas & coniunctionem.

V. 12. Eti in testamentis stetit. Non mutes pluralē testamentis in singulare.

V. 13. Et filii eorum propter illos. Non mutes nominatiūm filii in genitiūm filiorum, additio nominatiūo semen aut hereditas.

Sequitur: Vtque in æternū manent. Nechic mutes pluralē manent in singulare manent.

V. 22. Dedit illi gloriam in gente sua. Progloriā non substituas semen.

V. 25. Et testamentum confirmauit super caput Iacob. Nec nomini testamentum addas pronomē suum, nec substituas pronomē eius loco nomine Iacob.

C A P. XLV. v. 6. Et dedit illi coram præcepta. Cae ne vocem unam coram, quae idem est quod presens, separas in duas cot ad, quas dicas, animum ad præcepta.

V. 9. Et circuncinxit eum zona gloriæ. Non scribas iustitia pro gloria.

V. 12. Stolam sanctam. Retinendi sunt biacusatūi, non mutandū in alios casus.

V. 14. Et gloria honoris. Pro gloria, non scribas accusatiūm gloriam.

Sequitur: Opus virtutis, & desideria oculorum ornata. Coniunctio &, ut non est præponenda nomini opū, ita non auferenda nomini desideria: quod quidem legendum non est sexto casu numeri singulare desiderio.

V. 15. Vtque ad originem. Pro originem, quod est, principium, ne scribas orientem.

V. 17. Sacrificia ipsius consumta sunt igne quotidie. Pro consumta, alij libri habent consummata.

V. 19. In nomine eius. Non mutes eius in reciprocum suo.

V. 21. Et dedit illi in præceptis suis potestatem. Seruandum est pronomen singulare illi, non substituendum plurale illis.

V. 27. Ceterū in terra gentes non hereditabit. Non est mutandum plurale gentes in singulare gens.

V. 29. Placuit Deo pro Israel. Non est omittenda prepositio pro, quam Corretores consultissime addiderunt.

C A P. XLVI. v. 4. Nam hostes ipse Dominus perduxit. Non legas percussit à percusio, pro perduxit à perduco.

V. 5. An non in iracundia eius. Non scribas coniunctionem aut, loco aduerbiā.

V. 8. Et sequutus est à tergo potentis. Seruandus est genitiūm singularem potentis, non mutandus in accusatiūm pluralem potentis.

V. 9. Et perfingere in murmur malitia. Non scribas perstringere à stringo, pro perfingere aut confingere à frango.

V. 17. Et vidit Deus Iacob. Legendus est causa nominatiūm Deus, non accusatiūm Deum.

V. 19. In oblatione agni inuoluit. Romani Patries emendarunt agni, pro eo quod plerique omnes

legunt

legunt viri, quod est, masculi: & retinuerunt in-  
uiolati, id est, immaculati, pro eo quod quidam  
scribunt immolati, quod est, sacrificati.

V. 23. Et exaltauit vocem suam. Et hic corre-  
xerunt suam, pro eo quod multi legunt non reci-  
pro eius.

C A P. X L V I I . v. 5. Intollendo manum,  
faxo funda deicet. Non addas prepositionem in  
ante faxo.

V. 6. Nam inuocauit Dominum omnipoten-  
tem. Non scribas aduerbiū vbi, pro coniunctio-  
ne nam; nec potentem pro omnipotentem.

V. 13. Dominus purgauit peccata ipsius. Non  
est legendū Christus, neque spiritus, sed Dñs.

Ibidem. Et dedit illi testamentū regni. Non mu-  
tes nomen abstractū regni in concretū regum.

V. 14. Et propter illum deicet omnem poten-  
tiam inimicorum. Alia verbo habet: Et propter  
illum requieuit in latitudine.

V. 15. 16. Quemadmodum eruditus es in iu-  
uentute tua, & impletus es, quasi flumen, sapien-  
tia, & terrā retexit anima tua. Retinenda sunt  
secunda persona tum verbatum pronomina, non  
mutanda in personam tertiam.

V. 22. Et incitari stultitiam tuam. Quidam non  
intelligentes quid sibi vellet infinitius passius  
incitari, mutarunt illum cum alijs vocibus; pre-  
fertim verò cum in ceteris, id est, in reliquis, quod  
plerisque omnes malè occupat libros.

C A P. X L V I I . v. 2. Et irritantes illum  
inuidia sua, pauci facti sunt. Correctores scrip-  
runt irritantes, quod est, exacerbantes, pro eo quod  
alijs imitantes aut emulantes.

V. 3. Et deicet de celo ignem ter. Insignis loci  
restitutio, qua de celo scriptum est, quod vulgo  
legitur à se; & ter, id est, tribus vicibus, quod ter-  
ra. sic enim vulgo legitur: Et deicet à se ignem  
terram, mendosissime.

V. 6. Ergloriosos de lecto suo. Causa ne delicto,  
quod est peccato, scribas pro de lecto, quod est,  
de strato.

V. 10. Qui scriptus es in iudiciis temporum. Alij  
libri, pro simplici scriptus, legunt compositum  
inscriptus; & pro iudicis, indicis, id est, n conso-  
nante pro vocali.

V. 15. Elias quidem in turbine tectus est. Non  
mutes coniunctionem quidem in relatum qui.

C A P. X L I X . v. 1. Memoria Ioseph in com-  
positionem odoris facta opus pigmentarij. Corre-  
tores prætulerunt quartum casum; sexto compo-  
sitione; & sublativo verbo substantivo est, nominati-  
vum femininum facta, reliquis quoq; passim le-  
guntur, factam, factum, facti.

V. 3. Ipse est directus diuinus in pœnitentiam  
gentis. Non est mutandus accusatiū pœnitentia-  
tum in ablatiuū.

Sequitur: Et tulit abominationes impietas.  
Causa legas ab hominibus pro abominationes,  
duas voces pro una.

V. 7. Dederunt enim regnum suum aliis. Non  
omittas coniunctionem enim.

V. 11. Benefacere illis. Non preponas coniunc-  
tionem &c.

V. 13. Nam & ipse quasi signum in dextera ma-  
nu. Superfluit, quod multi codices subjiciunt Ioseph.

V. 14. Sic & Iesum filium Ioseph: Correctores

præmiserunt aduerbiū similitudinis sic.

V. 17. Neque ut Ioseph qui natus est homo.  
Non mutes duas dictiunculas neq; vt, cum una &

C A P. L . v. 11. Et vestiri eam in consum-  
mationem virtutis. Vt non est omitenda preposi-  
tio in, ita non est substituenda ablatiuū pro accu-  
satiū consummationem.

V. 15. Et confummatione fungens in aera. Hic  
scrivandus est ablatiuū confummatione.

V. 24. Et nunc orate Deum omnium. Multi co-  
dices, pro nunc habent plus, &, pro imperativo  
orate, indicatiū oravit: quidam etiam addam  
rursum post: Et rursum post plus oravit; sed hec  
omnia repugnantia genuinae letctioni.

V. 30. Qui ponit illa in corde suo. Non est com-  
mutandū præsens ponit cum futuro ponet.

C A P. L I . v. 12. Et operationis tuae. Prono-  
mine simplici operationis, non scribas compositum  
cooperationis.

Sequitur: Quæ à seculo sunt. Retinendum est  
plurale sunt, non substituendum singularis sunt.

V. 18. Cū adhuc iunior essem. Et hic reti-  
nendus est optatiū essem, non surrogandus indi-  
catius sum.

V. 19. Ante templum postulabam pro illa. Cor-  
rectores prudenter obseruarunt scribendum esse  
templum, quod est, adēm sacram, pro eo quod

vulgō legitur tempus, id est, horam.

Ibidem. Et effloruit tamquam præcox vua. Pro  
effloruit, non supponas defloruit, deflorebis, aut  
florebis.

V. 26. 27. Et insipientiam eius luxi. Animam  
meam direxi ad illam. Hac est germana huius lo-  
ci lectio, à multis vendicata mendis, Romanorum  
Patrum industria. Quidam enim codices addunt  
alterum in, & pro accusatiū insipientiam, scri-  
bunt ablatiuū: quod tamen non recedit à vero.

Alij vocem unam insipientiā sive insipientiam,  
diuidunt indunas, in sapientia aut sapientiam; ma-  
lē. Complures primam perfonam luxi mutant in  
tertiā luxit, eijs addunt suppositi loco anima  
mea; non sincerè. Nonnulli, verbū simplex  
luxit, vertunt in compostum eluxit, tamquam à  
luce deductum sit, quod est à luce, deploro. Mul-  
ti subiiciunt & ignorantias meas illuminauit, su-  
p̄. Denique nonnulli omittunt animā meam,  
nisi quod mutatum in nominatiū iungunt  
verbo precedenti luxit.

V. 30. Dedit mihi Dominus linguam. Non  
est addenda coniunctio enim.

V. 33. Comparet vobis sine argento. Quidam  
libri subiiciunt sapientiam: verum illud redun-  
dat, Correctorū iudicio.

## ISAIA S.

C A P. I . v. 11. Plenus sum. Holocausta  
carietum, & adipē pinguium, & sanguinem  
vitulorum & agnorum & hircorum nolui.  
Per se legendū est plenus sum: non verò illi iun-  
gendū id quod sequitur, sive integrè, sive ex par-  
te, mutatis accusatiū in ablatiuū, ut quidam  
codices faciunt.

V. 13. Cum veniretis ante conspectum meum.  
Nec admetas hac versui precedenti, nec præsens  
veniretis mutes in futurum veneritis.

V. 13. Ne offeratis vtrā sacrificium frustrā. Alij  
scribunt, afferatis, id est, vocalem primam loco  
quarta.

V. 18. Velut lana alba erint. Non omittas al-  
ba, quod Interpres explicandi causa adiecit, se-  
quuntur Lxx.

V. 23. Principes tui infideles. Quidam libri,  
pro infideles, scribunt inobedientes.

C A P. I I I . v. 6. Vestimentum tibi est. Non  
preponas his verbis participium dicens.

V. 16. Ambulabunt pedibus suis, & composito  
gradu incedebant. Alij collocant coniunctiōnem  
copulatiū amante pedibus suis.

C A P. V . v. 6. Et aesculent vepres & spinæ.  
Non addas super eam, sed intelligas.

C A P. V I . v. 1. Super solium excelsum &  
eleuatum. Quod sequitur in multis libris & ple-  
na erat domus, sive terra, à maiestate eius, super-  
fluit omnium iudicio. Lege Notationes nostras.

V. 7. Ecce terigit hoc labia tua. Non est mu-  
tanda tercia persona terigit in primam terigit.

C A P. V I I I . v. 19. Numquid non popu-  
lus à Deo suo requiret pro viuis à mortuis? Non  
est addenda vos visionem, quam plerique libri  
adjiciunt verbo requiret: nec mutanda posterior  
præpositio ad, in coniunctiōnem ac.

C A P. I X . v. 1. Galilæa gentium. Populus  
qui ambulabat. Non connectas vocem gentium  
periodo subsequenti, hoc modo: Gentium populus.

V. 3. Multiplicasti gentem, non magnificasti  
laetitiam. Non interponas coniunctiōnem &.

V. 14. Incurvantem & refrenantem. Pro refre-  
nantem, multilegunt depravantem, ex Communi-  
tario haud dubium D. Hieronymi in capita Isaiae  
9. & 19., preferente depravantem.

C A P. X . v. 21. Reliquia convertentur.  
Quod præcedit in veritate, permaneat finis versus  
periodi præcedentis, non adiungatur h uic.

C A P. X I I I . v. 4. Vox sonitus regum, gen-  
tium congregatarum. Non interponas coniunc-  
tionem & ante gentium.

C A P. X I V . v. 32. Et in ipsis sperabunt pau-  
peres populi eius. Correctores prætulerunt mas-  
culinū ipso, feminino ipsa quod in alijs est libris.

C A P. X V . v. 5. Vecies eius vsque ad Segor  
vitulam conterrantem. Legendū est conterrantem,  
quod est, agentem annum tertium, nō, addita  
littera conterrantem, quod est, perturbantem.

V. 8. Quoniam circuuit clamor terminum  
Moab. Non mutes præteritū circuuit in futurum.

C A P. X VI . v. 5. Et sedebit super illud in  
veritate. Nec hic mutes neutrum illud in mas-  
culinū cum.

V. 14. Et relinquetur parvus & modicus. Non  
addas verbo relinquetur, id quod quidam libri in  
eo sicut racemus, est enim alterius loci.

C A P. X V I I . v. 10. Propterea plantabis  
plantationem fidem. Pro fidem non scribas  
contrarium infidelem, quod quidam.

V. 11. In die plantationis tuae labrascā. Nom-  
inatius singularis, præferendus est ei, quem alij le-  
gunt, accūlato pluralis labrascas.

V. 12. Vx multititudini populorum multorum.  
Non mutes datiuū in nominatiū multitudi.

C A P. X V I I I . v. 2. Cuius diripuerunt flu-  
mina terram eius. Quod sequitur in quibusdam  
libris ad montem nominis Domini exercituum,  
montem Sion, non est huius versus, sed septimi,  
finientis hoc caput.

V. 5. Ante messem enim totus effloruit. Non est  
mutandū præteritū effloruit in futurum ef-  
fluorit.

Sequitur: Et immatura perfectio germinabit.  
Hic seruandum est futurum germinabit, non ver-  
tendum in præteritū.

V. 7. A gente expectante, exspectante & con-  
culta. Repetenda est vox exspectante.

C A P. X I X . v. 9. Confundentur qui ope-  
rabantur linum peccantes. Legendū est peccan-  
tes, quod est peccantes, non, addita littera, ple-  
ctentes, quod est, percuentes.

V. 11. Quomodo dicetis Pharaoni. Non mutes  
futurum dicitis in præsens dicitis.

C A P. X X . v. 4. Et transmigrationem Ac-  
thiopis, iuuueniū & senum, nudam & discalecatam.  
Retinendi sunt genitivi plurales iuuueniū &  
senum, non mutandi in accusatiū singulares iuu-  
uenem & senem: & consequenter neque adiectiū  
feminina nudam & discalecatam vertenda sunt  
in masculina nudam & discalecatum.

V. 6. Ecce hæc erat spes nostra. Ita restiū legi-  
tur quād hæcne erat.

Ibidem. Vt liberarent nos. Quidam libri nu-  
mero singulari scribunt liberaret.

C A P. X X I . v. 10. Tritura mea & filii areæ  
meæ. Romani Patres, pro eo quod vulgo legitur fa-  
minino singulari filia, prudenter emendarunt filij,  
masculino plurali.

V. 11. Ad me clamat ex Seir. Causa ne pro pra-  
positio ex addita una littera scribas nomen rex.

C A P. X X I I . v. 2. Nec mortui in bello. Non  
est iteranda vox mortui, hoc modo: Nec mortui  
tui, mortui in bello.

V. 8. Et videbis in die illa. Non mutes singula-  
re videbis in plurale.

V. 11. Ad aquam piscinæ veteris. Retinenda est  
præpositio ad, non substituenda coniunctio &c.

V. 23. Domui patris eius. Alij scribunt recipro-  
cum sui.

C A P. X X I I I . v. 2. Negotiatores Sidonis.  
Correlio est negotiatores, quod est mercatores; re-  
tefacta scriptura negotiatio, quod est mercatus.

C A P. X X V I . v. 18. Et peperimus spiri-  
tum: salutes non fecimus in terra. Accusatiū  
pluralis salutes, non est mutandus in genitium  
singularem salutis, & iungendus ei quod præcedit,  
quod quidam libri faciunt.

C A P. X X V I I . v. 8. Iudicabis eam. Secun-  
da persona iudicabis, non est mutanda in tertiam  
sive singulari numeri sive pluralis.

Sequitur: Meditatus est in spiritu suo duro. Re-  
tinendum est genus masculinum, non supponendum  
femininum meditata.

V. 11. Mulieres venientes & docentes eam.  
Et hic retinendus numerus singularis eam, non sur-  
rogandus pluralis eam.

V. 13. Ecque electi erant in terra Aegypti. Non  
mutes in præpositionem, possum pro ad, cum de  
sue ex.

C A P. X X I X . v. 6. Et flammæ ignis deuo-  
rantis. Alij pro secundo casu flammæ scribunt se-  
xtum flamma.

C A P. X X X . v. 4. Erant enim in Tani. Non  
est mutandū erant à sum, in erant ab eo.

V. 15. Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus  
Israel. Non omittas nomen sanctus.

V. 29. Canticum erit vobis, sicut noui sanctifi-  
catæ solemnitatis. Egredi Correcitores scripserunt  
nox, que est altera pars diei, pro eo quod plerique  
legunt vox, id est, clamor.

C A P. X X I . v. 4. Et cum occurrit ei  
multitudo pastorum. Non omittas coniunctiōnē &.

C A P. X X I I . v. 7. In sermone mendaci.  
Alij pro adiectiō mendaci scribunt substantiū  
mendaci.

C A P. X X I I I . v. 9. Confusus est Li-

# ROMANAЕ CORRECTIONES

banus & obsoletus. Scribendum est obsoletum *vocabulo* quartam, deriuatum à *sordes*, non quinta obsoletum, à *surdus*.

V. 19. Populum impudentem non videbis. Merito correxerunt Patres impudentem, quod est invercendum, pro eo quod complures legunt imprudentem, id est, insipientem.

V. 23. Et non praeualebunt. Alij scribunt sed pro &.

C A P . XXXIV. v. 7. Inebriabitur terra eorum sanguine. Non mutet futurum in presentis inebriatur.

V. 14. Et occurrit dæmonia onocentauri. Patres emendarunt onocentauri, scripto *casu* tertio numeri pluralis, pro nominativo singulari onocentauri, quem plerique alijs scribunt, & ei quod sequitur iungunt.

V. 17. In generationem & generationem habebant in ea. Prior accusatus non est mutandus in ablativum generatione, ut pleriq. faciunt.

C A P . XXXV. v. 4. Dicite pusillanimes. Servandus est dativus pluralis pusillanimes, quod est meticulosus; non surrogandus nominativus pluralis pusillanimes.

Ibidem. Ecce Deus vester &c. & saluabit vos. Non sunt mutanda secunda persona pronomina in prima, nosl, nos.

C A P . XXXVI. v. 21. Mandauerat enim rex. Non addas pronomencis.

C A P . XXXVIII. v. 14. Responde pro me. Non facile scribas simplex sponde pro composto responde.

V. 15. Quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit? Nec omittas posterius quid, nec veritas in masculinum quis. Adhuc ut prima persona pronomen mihi, non est commutandum cum secunda tibi; ita nec tercia persona verbum fecerit, cum prima fecerim. Hac enim menda sunt in quibusdam codicibus.

C A P . X L. v. 2. Quoniam completa est malitia eius. Non indicarunt Correctores, pro malitia, corrigendum esse militia, id est, pro vocali pri- ma scribendam esse tertiam.

V. 24. Et quidem, neque plantatus, neque satatus, neque radicatus in terra truncus eorum. Non facile mutandi sunt nominativi isti casus numeri singularis, in alios.

C A P . X L I. v. 2. Sicut stipulam vento raptam. Non preponas coniunctionem &.

V. 12. Evelutu consumptio homines bellantes aduerbum te. Nequaquam sunt nominativi plurales homines bellantes, commutandi cum genitiviis singularibus hominis bellantis.

V. 18. Aperiam in supinis collibus flumina. Non facile scribendum est supremis, quod est summis, pro supinis, quod opponit prons.

V. 27. Primus ad Sion dicet: Ecce adsum. Memento plerique omnes libri scribunt adsum, prima persona singulari, pro adsum tercia plurali.

C A P . X L I I I. v. 14. Propter vos misi in Babylonem. Non mutet verbum simplex misi in compositum emisi.

C A P . X L I I I. v. 16. Er de medio eius carnes comedit. Quod multi codices addunt coxit & ante comedit, superfluum est.

C A P . X L V. v. 9. Vt qui contradicit factori suo. Non scribas factori à facio, pro factori à fingo.

C A P . X L VI. v. 11. Vocans ab oriente aum. Quidam, interpretandi causa, pro aum, id est, volvorem, scribunt iustum; male.

C A P . X L IX. v. 21. Ego destituta & sola: & isti vbi erant? Minime interciendum est adverbium hic inter vbi & erant.

V. 23. Vultu in terram demissi adorabunt te. Non mutet accusativum terram cum ablativo terra.

C A P . L. v. 5. Retrosum non abi. Subest hinc mendum in autographo Romano, ubi excusum est tercia persona abit pro prima abi.

V. 6. Et confuentibus in me. Non iudicarunt Patres omnitudinem & in me.

C A P . L I I I. v. 11. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meus multos. Nec futurum iustificabit verendum est in praeteritum, nec nominativi singulares iustus seruos meus in accusatis plurales iustos seruos meos.

C A P . L I I I. v. 1. Lauda sterilis que non paris. Prolauda est in multis libri latare, sed à Lxxij. & Apolo Gal. 4. v. 27. acceptum.

V. 9. Cui iurauit, ne inducerem aquas Noc vtrra supra terram. Nomen proprium Noc retinendum est, nec in eius locum surrogandum nomen appellatum diluiti.

C A P . L V I I. v. 9. Et ornasti te regi vn-

guento. Qui vulgo legitur casus ablativus nominis adiectivi regio, à Patribus mutatus est in datum nominis substantivum regi.

C A P . L I X. v. 4. Sed confidunt in nihilo. Pro ablativo nihilo, alijs scribunt nihili indeclinabile.

V. 9. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia. Pronomina prima persona nobis & nos, mutanda non sunt in secunda persona pronomina vobis & vos.

C A P . L X. v. 5. Et mirabitur & dilatabitur cortuum. Non est omnitudinem prius &.

V. 20. Et complebuntur dies luctus tui. Causa scribas luminis sive lucis, pro luctus, quod est mororis.

C A P . L X I. v. 7. Laudabunt partem suam. Correctores dederunt pronomen reciprocum suam, pro eo quod alijs legunt eorum.

C A P . L X I I. v. 2. Quod os Domini nominabit. Non mutet futurum nominabit in praeteritum nominavit.

V. 4. Sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua Inhabitata. Causa scribas verbum inhabitabit pro participio inhabitata: participium enim est huius loci, verbum vero eius loci, ubi sequitur hoc ipso verbo: Quia complacuit Domino in te, & terra tuu inhabitabit.

V. 9. Quia qui congregant illud, comedent. Non mutet praesens congregant in futurum congregabunt.

V. 10. Eligite lapides. Non preponas his verbis & coniunctionem.

C A P . L X I I I. v. 4. Annus redēptionis mea venit. Retinenda est vox redēptionis à redimo, non substituenda retributiois à retrubio.

V. 10. Et affixerunt spiritum sancti eius. Non mutet genitivum sancti in accusativum sanctum.

C A P . L X I V. v. 6. Et facti sumus ut immundus omnes nos. Nec hic mutet numerum singularium immundus in plurale immundi.

C A P . L X V. v. 6. Et retrubam in finum eorum. Pro finum, causascribas, addita g litera, signum.

V. 16. Et quia absconditae sunt ab oculis meis. Non est mutandum pronomen meis in nostris.

V. 22. Electi mei non laborabunt frustra. Alijs sic distinguunt, ut electi mei, non inchoet hanc per riduum, sed finiat praecedentem.

V. 25. Leo & bos comedent paleas. Non preponas coniunctionem & vocis leo.

C A P . L X VI. v. 6. Vox populi de ciuitate. Non substituas fremitus pro populi.

V. 17. Post ianuam intrinsecus. Non facile corrigitas vnam pro ianuam, quod multifacient: quae de Notationes nostra legi possunt.

V. 19. In Africam & Lydian, tendentes sagitam. In signis correctio, qua scriptum est tendentes à tendo tercia & conjugationis, pro tenentes à teneo secunda.

## I E R E M I A S.

C A P . I. v. 14. Ab Aquilone pandetur malum. Voci malum non addas omne.

V. 18. Et sacerdotibus & populo terra.

Nec hic omni voci populo.

C A P . I I. v. 37. Et nihil habebis prosperum in ea. Correctores merito addiderunt in ea, quod aliqui omittunt.

C A P . I I I. v. 1. Tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Addiderunt Correctores rō & ego suscipiam te, ex plurimis libris manuscriptis, quamquam hebraice non legatur.

C A P . I V. v. 1. Si reuertitis Israel. Preferendum est reuertitis, ei quod in alijs libris est, conuertitis.

V. 3. Dominus viro Iuda & Ierusalem. Non ad das habitatori ante Ierusalem, hoc quidem loco.

V. 8. Quia non est auera ira furoris Domini à nobis. Retinendum est pronomen prima persona nobis, non substituendum secunda & vobis.

V. 11. Et nunc ego loquar iudicia mea cum eis. Correctores indicant omnitudinem coniunctionis sed, quam plerique omnes libri collocant inter ego & loquar.

V. 16. Dicte gentibus: Ecce auditum est. Pro dicte gentibus, plerique omnia manuscripta legunt concitate gentes.

V. 31. Vox filie Sion interiorientis expandentisq. manus suas. Retinendi sunt genitivi singulare interiorientis expandentisque, non

supponendi accusatini plurales, distracto priore vocabulo in duo, inter morientes expandentesq.

C A P . V. v. 8. Equi amatores. Quod sequitur in multis libris in feminas, Patres censuerunt superfluere.

V. 25. Iniquitates vestre declinauerunt haec, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Pronomina secunda persona non sunt mutanda in persona primam.

C A P . VI. v. 26. Quia repente venit vasator super nos. Hic contrario non est pronomen prima persona nos, conuertendum in secunda vos.

V. 28. Aes & ferrum. Non est praeponendum aduerbum similitudinis vt.

C A P . VII. v. 5. Quoniam si benè direxitias vias vestras. Non scribas unicum vocem benedixeritis, pro duabus benè direxitis.

V. 7. A seculo & usque in seculum. Non auferas coniunctionem &.

V. 24. Sed abiurunt in voluntatibus. Retinen- da est vox voluntatibus, id est, desideris, non substituenda voluntatibus, mutata liquida non in mu- tam p.

V. 34. In desolationem enim erit terra. Accu- satinus desolationem non est commutandus cum ablativo.

C A P . VIII. v. 1. Eiident ossa regum Iuda. Legendum est numero plurali regum, non singulari regis.

C A P . I X. v. 2. Quia omnes adulteri sunt, ceteri pravaicatorum. Non interponas coniunc- tionem &.

V. 17. Haec dicit Dominus exercituum, Deus Israel. Alij libri omittunt Deus Israel.

Ibidem. Et vocate lamentatrices & veniant.

V. 19. Quoniam deicta sunt tabernacula nostra. Legendum est deicta, quod est, diruta, potius quam deferta, quod est, derelicta.

V. 25. Ecce dies veniunt. Praesens preferendum est futuro venient.

C A P . X. v. 18. Et tribulabo eos ita ut inueniantur. Plerique libri interciunt non inter vt & inueniantur, sed temere.

C A P . XI. v. 12. Et clamabunt ad deos qui bus libant. Malè plerique libri, pro deos nomine, scribunt eos pronomen.

V. 13. Et secundum numerum viarum Ierusalem. Non addas pronomen viarum nominis viarum.

V. 18. Tunc ostendisti mihi studia eorum. Causa commutes aduerbum tunc cum pronomine.

C A P . XI V. v. 14. Et diuinationem & fraudulentiam. Non est mutandum substantium fraudulentium, in adiectum fraudulentam, omissa coniunctione, hoc modo: Et diuinationem fraudulentam.

V. 18. Prophetaque & sacerdos. Correctores emendarunt quoque pro namque.

C A P . X V I I. v. 9. Praeunum est coromnum & inscrutabile. Insignis correctio, qua vox omnium, posita pro super omnia, restituenda est in locum vocis hominis, que vulgo legitur.

C A P . XX. v. 17. Qui non me interfecit à vulva. Non commutes relatum qui cum coniunctione quia.

C A P . X X I I I. v. 10. Quia adulteris repleta est terra. Non mutet adiectum adulteris in substantium adulterii.

V. 13. Prophetabant in Baal. Non preponas & coniunctionem.

V. 14. Vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij. Progenituo participij adulterantium, quidam codices scribunt nominativum nonnis adulterium.

V. 19. Ecce turbo Dominicæ indignationis egreditur. Non est mutandum futurum in praesens egreditur.

V. 33. Diccas eos: Vos estis onus. Correctores clare emendarunt Vos estis onus (nam & Lxx ad hunc modum verterunt) pro eo quod multi codices legunt Vt quid vobis onus?

C A P . X V. v. 20. Et Ascaloni & Gazæ. Retinendus est dativus Ascaloni, non mutandus in genitum.

C A P . X X V I. v. 18. Et mons domus in excelsa siluarum. Voci domus non addas Domini.

V. 19. Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. Pro nos facimus, alijs scribunt non faciamus; sed minus recte.

C A P . X X I X. v. 1. Et haec sunt verba libri quem misit Ieremias. Patres correxerunt, quem librum, pro eo quod alijs minus sincere legunt, que s. verba.

V. 15. Suscitauit nobis Dominus prophetas in Babylone. Et hic corixerunt suscitauit praterito tempore, pro futuro suscitabit.

C A P. XXX. v. 7. Et ex ipso saluabitur. Præstat legerente genere ipso s. tempore quod proximè præcedit, quām feminino genere ipsa s. dicit.

C A P. XXXI. v. 6. Custodes in monte Ephraim. Quod quidam adiiciunt in monte Samaria, superfluum est.

V. 8. Prægnans & patiens. Non præponas & voca prægnans.

V. 9. Et in misericordia reducam eos. Quidam libri, pro misericordia, legunt precibus.

V. 32. Qued pepigum patribus eorum. Non mutes pronomen tertia persona eorum in secunda vefris.

V. 39. Et exhibit vltra norma mensuræ. Nomina tuus norma non est mutandus in accusatiuum normam.

V. 40. Et omnem vallem cadauerum & cincis. Patres optimè emendarunt cineris casu genitio numeri singularis, pro eo quod alij scribunt numero plurali cinceres.

Ibidem. Vsqæ ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum orientalis. Neguam postponendus est torrens Cedron portæ equorum, quod faciunt quidam libri.

C A P. XXXII. v. 12. In oculis testium. Hic non est præponenda coniunctio &c, ut mox non est omittenda, ubi dicitur. Et in oculis omnium Iudæorum.

V. 24. Et vrbs data est in manus Chaldaeorum, Redundat quod quidam libri subiiciunt & in manus regis Babylonis.

V. 36. De qua vos dicitis quod tradetur. Melius est futurum indicari tradetur, præsentis coniunctio in itintradatur.

C A P. XXXIII. v. 14. Ecce dies veniunt. Hoc loco melius est præsens veniunt, quām futurum venient.

V. 16. Et Ierusalem habitabit confiderter. Causa ne pronomine ciuitatis Ierusalem, supponas nomen decim tribuum Israel, quod non est huius loci, sed supra 2. v. 6.

C A P. XXXVI. v. 13. Quæ audiuit legente Baruch. Pro legente ablativo absolute posito, non est subfuturatus accusatus legentem.

C A P. XXXVIII. v. 6. Et submisserunt Ieremiam funibus in lacum in quo non erat aqua. Non præponas præpositionem in nominis funibus, nec coniunctio & nomini lacum, accusatus mutato in ablativum, sublativo eo quod sequitur in quo: Et in lacu non erat aqua. Prior enim lectio & certior est.

V. 11. Et antiqua quæ computuerant. Adiectione antiqua non addas substantiū vespem.

C A P. XXXIX. v. 13. Et Nabuzban & Rabsabas. Prior nomen non est distrahendum in duo Nabu & Sefban, quod quidam faciunt: nec ultima illius litera est zeta, sed n liquida.

C A P. XL. v. 11. Et in filiis Ammon. Non scribas finibus quod est terminus, pro filiis.

C A P. XLI. v. 7. Ipse & viri qui erant cum eo. Non mutes singulare ipse in plurale ipsi.

C A P. XLII. v. 1. Et Iezonias filius Osaiae. Non est scribendum Osaiae vel Iohæ pro Osaiae: sicut nec infra XLIII. v. 2. ubi legitur. Dixit Azarias filius Osaiae.

C A P. XLIV. v. 1. Verbum quod factum est per Ieremiam ad omnes Iudeos. Plerique libri habent duplex ad, Correciores prius mutarunt in per.

V. 4. Abominationis huiuscmodi quam odiui. Non omittas postrema hac verba quam odiui.

V. 9. Et mala vxorum eius. Non mutes singulare eius in plurale eorum.

V. 13. Et visitabo super habitatores terra Aegypti. Non omittas præpositionem super.

C A P. XLVI. v. 6. Non fugiat velox. Alij libri habent futurum indicatiū fugiet.

C A P. XLVIII. v. 15. Et ciuitates eius succiderunt. Correciores emendarunt succiderunt, quod est, exciderunt, subieterunt, pro eo quod quidam legunt succiderunt, quidam ascenderunt.

V. 18. Quoniam vastator Moab ascenderit ad te, dispergit munitiones tuas. Præterita non sunt in futura mutanda, ascendet, dispergit.

V. 34. A Segor vsque ad Oronam vitula contenant. Casus sexti vitula contenant, haud quicquam mutanda sunt in quartos vitulam contenant: sicut nec contenant, quod est terminus annum agentem, deprauandum est, addita sli-

terea consernante. Simile Isa. 15. v. 5.

V. 36. Propterea cor meum ad Moab quasi tibia reponatur. Retinendus est numerus pluralis tibiae, non substituendus singularis tibia, nec addendum nomen æris.

V. 45. Et flamma de medio Seon. Caeue scribas Sion arcam Ierosolymitanam, pro Seon rege Amorrhiorum.

Sequitur: Et deuorabit partem Moab. Non mutes futurum in præterito deuoravit.

C A P. XLIX. v. 2. Eterit in tumulum dissipata. Patres corixerunt tumulum, quod est, colliculum, pro eo quod vulgo legitur, addita litera, tumulum, id est, turbam.

V. 6. Et post haec reuerti faciam captiuos. Voci captiuos non præponas fugientes &c.

V. 29. Formidinem in circuitu. Non subiicias pronomen eius.

V. 35. Et summan fortitudinem eorum. Legendum est nomen summan, constans dupliciti in medio, non verbū sumam, futurum à fumo.

C A P. L. v. 12. Deserta, innua, & arenas. Non præponas & coniunctionem voci deserta.

V. 19. Et pasceatur Carmelum & Basan. Scribendum est accusatiū casu Carmelum, non nominis Carmelus.

V. 39. Propterea habitabant dracones cum faunis scitatis. Duplex mendum hinc sublatum est felicissima Romanorum Pairum diligentia; Vnum, quo pro fauni (quod nomen est demonum silvestrium, apud Ethnicos, affinum Satyri) scribatur fatui, id est, stultis: alterum, quo legebatur scitariis, à sica quoā genus est gladij, pro scitariis, à sicu arbore, Fauni, credo, ut alias Mercurio, amata.

V. 42. Crudeles sunt & immisericordes. Caeue scribas contrarium misericordes.

C A P. LI. v. 6. Quoniam tempus vltionis est à Domino. Nominis vltionis non addas pronomen eius.

V. 15. Preparauit orbem in sapientia sua. Non præponas his verbis & coniunctionem.

V. 27. Clangite buccina in genuibus. Progenibus, quod est, nationibus, nequaquam scribendum est mitibus.

V. 52. Et visitabo super sculptilia eius. Pronomen eius non est communis adum cum nomine Babylonis.

V. 58. Murus Babylonis ille latissimus. Non est latissimus, quod est, spacio sumissimus, transpositis primis duabus literis, commutandum cum altissimum, quod est, excelsissimus.

C A P. LII. v. 20. Et vitulos duodecim ares. Non est omittenda coniunctio &c.

V. 22. Et capitella super viram que ærea. Non facile mutandus est accusatiū viramque in ablative.

Ibidem. Similiter columnæ secundæ & malo-granata. Hæc verba Romani Correciores post alijs adiiderunt, que à multis librie omittuntur, de quibus hi qui, quod sequitur adnotentur ad perficiendam sententiam precedentem. male enim quidam exordiuntur periodum nouam ab his verbis aurum & argentinum &c.

C A P. III. v. 17. Et repulsa est à pace anima mea. Non omittas illud à pace.

V. 21. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo. Coniunctionem vero male quidam dividunt in duas diiunctas in Deo.

V. 23. Nouidiluculo. Pro masculino noui, qui dicitur legunt femininum noui: sed sibrium est, quod à quibusdam legitur nouas.

V. 28. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit super fe. Non addas alterum se, quod multi: Leuauit fe super se.

C A P. IV. v. 14. Cumque non possent, tenuerunt lacinias suas. Non addas verbo poenitentia infinitum intrare.

V. 17. Quæ saluare non poterat. Neque hic ad das pronomen nos.

## BARUCH.

C A P. I. v. 8. Cum acciperet vasa templi Domini. Non mutes singulare acciperet in plurale acciperent.

V. 9. Et cunctos potentes. Correciores præulerunt hanc lectionem, ei que habet & vincit, & potentes, quām greci consenserunt.

Ibidem. Et duxit eos vincitos in Babylonem. Si-

militer hic addiderunt vincitos, quām illud alij libri græco conformiter omittant.

V. 21. Quos misit ad nos. Quod sequitur in quibusdam libris & ad iudices nostros, superfluit.

C A P. II. v. 1. Qui iudicauerunt Israel. Non præponas præpositionem in nominis Israel.

V. 4. In omnibus populis. Non præponas his verbis coniunctionem &c.

V. 22. Quod si non audieritis. Non interponas feceritis nec, inter nos & audieritis.

V. 33. Et dominabuntur eius. Virtus typographicus est hic in autographo Romano, datum plurale, cœs progenitio singularis eius s. terra.

C A P. III. v. 9. Vt scias prudentiam. Non mutes singulare scias in plurale scias.

V. 13. Habitasse vtique in pace sempiterna, Nam vocem sempiternam, male quidam distracti in duas superterræ.

V. 23. Negotiatores Merrha & Theman. Egregia correctio, qua restitutum est nomen proprium Merrha, pro appellativo terræ.

C A P. IV. v. 6. Sed propter quod in ira ad iracundiam provocasti Deum. Nominis ira non est addenda vox Dei.

V. 9. Audite confines Sion. Caeue pro confines scribas ciuitates.

V. 16. Et abduxerunt dilectos viduas. Legendum est abduxerunt, quod est, separarunt, non adduxerunt, quod est, contrarium, accedere fecerunt.

V. 20. Exi me stola pacis. Nequaquam scribendum est te pronomen secunda persona, pro me prime.

V. 25. Sed citò videbis perditionem ipsius. Non mutes singulare videbis in plurale videbis.

C A P. V. v. 1. Eius quæ à Deo tibi est sempiterna gloria. Nec hic mutes genitios sempiternæ gloriae in nominis tuis.

V. 3. Splendorem suum in te, omni qui sub caelo est. Non est omittenda vox omni.

V. 6. Portatos in honore. Preferendum est ablative accusatiū honorem.

V. 8. Ex mandato Dei. Alij libri omittunt ex.

C A P. VI. v. 1. Ad abducēdos captiuos in Babyloniam. Participium futurum abducēdos, non est mutandus in participium præteritum abducēdos.

V. 9. Et erogant illud in semetipſis. Neque hic accusatiū semetipſos mutandus est in ablative semetipſis.

V. 15. Non ergo timuerit eos. Non scribas veneremini protinus.

V. 26. Sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur. Caeue pro munera, quod est dona, scribas humeri.

V. 46. Artifices etiam ipsi. Preferendum est artifices, ab arte dictum, ei quod alij legunt aurifices, ab auro.

V. 48. Cogitant sacerdotes apud se vbi se abscondant cum illis. Nec omittas apud se, nec commutes cum post se.

V. 56. Quibus hi qui fortiores sunt, aurum, & argentum, & vestimentum, quo operti sunt, auferent illis. Egregia correctio, quæ nomen iniqui, quod vulgo scribitur, distractum est in dictiunculas duas hi qui, & id quod sequitur adnotentur ad perficiendam sententiam precedentem. male enim quidam exordiuntur periodum nouam ab his verbis aurum & argentinum &c.

V. 58. Vel ostium in domo, quod custodit quæ in ipsa sunt. Multi libri, pro pronomine ipsa, scribunt nomen pace; pessimè.

V. 61. Perambulare vniuersum orbem. Non ad das præpositionem in ante vniuersum.

V. 71. A purpura quoque & murice, quæ supra illos tineant, scientes itaque quia non sunt dij: Pro murice, alij legunt marmore. Patres prætulerunt murice, quid ciuidem generis murex cum purpura sit, marmor vero longe alterius generis. Pro tineant, plerique habent teneant, marmore. Patres emendarunt tineant, qui vero à tinea deriunto, Interpres significare voluit, tinea agentibus corrumptuntur: nam & quæ græc legitur vox οὐτε οὐτε, que patres dixerunt, proxime ad eis, quod est, tinea, accedit, et enim tinea, causa patrefactionis corruptionisq. Videtur igitur loci sensus esse: Scitis quoque non esse deos (nam itaque ut græc non legitur, ita videri possit superfluere) vel a vestibus purpura murice, tintis, quas induuntur & gestant, quibus etsi splendidissimè sint ornati, non valent tamen eas, etiam dum suo corpori sunt imposita, seruare integras, quin tineis occupantibus marcescant ac putrefiant. Est ergo observatio dignissima huius loci restitutio.

## EZECHIEL.

C A P. I. v. 5. Et in medio eius similitudo. Patres prætulerunt in ei quod in aliis libris legitur ex.

V. 13. Et similitudo animalium, adspectus eorum. Non interponas coniunctionem & ante adspectus.

C A P. II. v. 3. Ipsi & patres eorum prævaricatis sunt. Non omittas pronomen ipsis.

C A P. V. v. 7. Et iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt, non estis operati. Non est omnitem negatio non proposita verbo estis.

C A P. VI. v. 9. Super malis quæ fecerunt. Patres prætulerunt perfectum plus quam perfecto fecerant.

V. 11. Quia gladio, fame & peste ruiti sunt. Hoc loco coniunctionem quia prætulerunt relatiuo qui.

C A P. VII. v. 7. Venit contritio super te. Hic similiter prætulerunt contritio, eis qua leguntur in quibusdam libris confractio & contratio; ut & infra v. 10. Egressa est contritio.

V. 18. Et accingent se ciliis. Error hic est typographicus in exemplari Romano, ubi singulare accingeat excusum est pro plurali accingent.

C A P. IX. v. 6. Parvulum & mulieres. Alii legunt numero plurali parvulos, sed singularis est meritè præferendus.

C A P. XI. v. 15. Fili hominis, fratrestui, fratrestui. Non est omittendum alterum, sed repetendum est fratres tui.

V. 21. Quorum cor post offendicula. Non addas coniunctionem autem.

C A P. XII. v. 4. & 7. Quasi vasa transmigrantis. Participium potius dedisse videtur Interpres, quam nomen transmigrationis. vide Notationes.

V. 13. Et extendam rete meum super eum. Non omittas coniunctionem &c.

V. 25. Et quodcumque loquutus fuerit verbum, fiet & non prolongabit amplius. Coniunctio copulativa &, que postponitur verbo fiet, nequam præponenda est.

C A P. XIV. v. 18. Vix que consunt pulvilllos sub omni cubito manus. Retinendum est femininum quæ, non substituendum masculinum qui.

C A P. XV. v. 10. Et calceau te ianthino. Pro ianthino, ali legunt hyacintho, ali hyacintho. vide Exod. 25. v. 5.

V. 13. Et polymito & multicoloribus. Vox una multicoloribus, non est dividenda in duas multicoloribus.

V. 18. Et operiust illas. Correctores hanc lectio nem prætulerunt alteri, que habet & vestita es eis.

V. 27. Et auferim iustificationem tuam. Quidam libri, explicationis ergo, ut arbitror, pro iustificationem tuam, scribunt iustum.

C A P. XVII. v. 8. In terra bona super aquas multas plantata est. Non preponas his verbis relativum quæ.

C A P. XVIII. v. 2. Et dentes filiorum obstupescunt. Quidam libri, pro præsenti, scribunt præteritum obstupuerunt.

V. 19. Et dicitis, Quare non portauit filius ini quitatem patris? Non mutes præteritum portauit in futurum portabit.

C A P. XIX. v. 1. Et tu assume planctum. Non addas fili hominis.

C A P. XX. v. 20. Et sciatis quia ego sum Dominus Deus vester. Pro ut sciat, Correctores scriferunt & sciatis.

V. 36. Sic iudicabo vos, dicit Dominus Deus. Non omittas nomen Deus.

C A P. XXI. v. 19. De terra vna egredientur ambæ. Legendum est amba genere feminino, non ambo masculino.

V. 22. Ut elevet vocem in ululatu. Non mutes vt causatiuum in & copulatiuum.

V. 30. In loco in quo creatus es. Nec hic mutes, sexum casum loco in quartum locum.

C A P. XXII. v. 27. Et auaræ adsectanda lucra. Ali pro verbo composto adsectanda scribunt simplex sectanda.

V. 28. Adiuuantes eis mendacium. Pronomen plurale eis, nec omittendum est, nec vertendum in singulari eis.

V. 29. Populi terræ calumniantur calumniam. Nominativus pluralis populi non est mutandus in singulari, siue accusatiuum populu, siue dativu populo. Deniq; accusatiuum calumniam non est vertendum in ablutiuum calumnia.

C A P. XXIII. v. 9. Super quorum insaniuit libidine. Retinendum est ablatiu libidine, non substituendum accusatiuum.

V. 15. Et tiaras tintas in capitibus eorum. Causa pro tintas, legas vinctas, quod est ligatas, aut cinctas, quod circumdatas.

V. 24. Multitudo populorum. Non preponas coniunctionem &c.

V. 33. Calice mororis & tristitiae, calice fororis Samarie. Correctores retinuerunt ablatiu, pro eo quem ali legunt accusatiuo calicem.

V. 34. Et ubera tua lacerabis. Non omittas copulatiuum &.

V. 45. Et sanguis in manibus eatum. Quod subiungit quædam exemplaria & cum idolis suis fornicatae sunt, non est huius versus, sed solummodo versus 37. superioris.

C A P. XXV. v. 7. Et scies quia ego Dominus. Non mutes singulare scies in plurale scieris.

V. 10. Filiis Orientis cum filiis Ammon. Retinendum est datiu filii, non mutandus vel in accusatiuum filios, vel in genitiuum filiorum, vel depicte in nominatiuum filij. hac enim sunt variorum codicum via.

C A P. XXVI. v. 10. Cum ingressus fuerit portas tuas. Pro ingressus, quod est, intrauerit, caue scribas concurvatur, egredius, exierit.

C A P. XXVII. v. 13. Mancipia & vasa rega adlexerunt populo tuo. Melius est adlexerunt, quam quod ali legunt adduxerunt.

V. 14. De domo Thogorma. Alii declinantes vocem scribunt Thogormæ.

C A P. XXIX. v. 1. In anno decimo, decimo mense, undecima die mensis. Pro decimo mense, non scribas, numero ampliato, duodecimo mense; ut nec pro undecima die, numero diminuto vna seu prima die. Lega Notationes nostras, si place.

V. 20. Pro eo quod laborauerit mihi. Pro numero singulare laborauerit, ali codices scribunt plurale laborauerunt.

C A P. XXX. v. 7. In medio ciuitatum deferratur. Non mutes defertarum cum defolatarum.

V. 12. Manu alienorum. Retinendum est sextus casus numeri singularis manu, non substituendum quartus pluralis, addita a propositio, in manus.

V. 17. Iuuenes Heliopoleos & Bubasti. Codices impensis ferè scribunt Pubasti, prima litera existente p muta tenui, prout scribitur hebraicè: sed manuscriptilegunt Bubasti. Graci enim Latinique, mutata tenui p in medium b, vocarunt illam Ægypti ciuitatem Bubastus, nominatim Herodotus post Lxx.

V. 21. Et fasciaretrum linteolis. Legendum est fasciaretrum prima coniugatione, non fasciaretrum quartæ, quod in usu non est.

Sequitur: Vt recepto robore possit tenere gladium. Non mutes vt causatiuum in & copulatiuum.

C A P. XXXI. v. 8. Cum cederint vulnerati in medio terræ, at Dominus Deus. Hæc verba Correctores huic versu ex manuscriptis exemplaribus addenda iudicarunt, tametsi hebraicè non legantur. De his legerelicit Notationes nostras.

V. 10. Horre nimio formidabunt super te. Quod subiungit multi codices propter vniuersas iniquitates quas operatus es, Correctores præter cunctum censuerunt.

Ibidem. In die ruinae tuæ. Seruandum est pronomen secunda persona tuæ, non substituendum tertia suæ.

V. 23. In nouissimis laci. Non mutes genitiuum singularem laci, in datiuum pluralem lacis.

V. 29. Et cum his qui descendunt in lacum. Neque hic mutes præsens descendant, cum præterito descendenterunt.

V. 32. Quia dedi terrem meum in terra viuentium. Sic emendarunt hunc locum Correctores, verbum dedi & pronomen meum, utrumque scriferunt persona prima: quamvis complures libri scribant, vel utrumque persona tertia, debet, siue, vel solummodo pronomen eius: quia de re nos latius in Notationibus.

C A P. XXXII. v. 11. Conuertimini, conuertimini à viis vestris pessimis. Iterandum est verbum conuertimini.

C A P. XXXIV. v. 10. Ut ultra non passant gregem. Non addas pronomen meum.

V. 26. Pluviae benedictionis erunt. Non preponas coniunctionem &c.

C A P. XXXVI. v. 4. Et deserto, parietinis. Coniunctio & preponenda est potius his verbis, quam interponenda, prout docet vetera manuscripta.

C A P. XXXVII. v. 16. Joseph ligno Ephaim & cunctæ domui Israël. Correctores scripserunt ligno pro lignum, & datiuum domui pro domus.

C A P. XXXVIII. v. 2. Contra Gog, terram Magog. Non intericias coniunctionem copulatiuum & ante terram.

C A P. XXXIX. v. 2. Et educam te. Correctores emendarunt educam, quod est, exire faciam, pro eo quod est in libris, quibusdam seducam, quibusdam reducam.

V. 9. Et baculos manuum & contos. Clarius est genitius pluralis manuum, quam singularis manus.

C A P. XL. v. 16. Et ante frontes pictura palmarum. Non subiicias cælata.

V. 42. Super quas ponant vasa. Pro futuro indicatiui ponent, correctum est ponant presenti subiunctiu.

V. 49. Et octo gradibus ascendebarat ad eam. Non mutes pronomen femininum eam in masculinum eum.

C A P. XLII. v. 25. Et sculpturae palmarum. Non mutes plurale sculpturae in singulare sculptura.

Sequitur: Sicut in parietibus quoque exprefse erant. Seruandum est femininum plurale exprefsa, non substituendum neurum expresa.

C A P. XLIII. v. 6. Ex viri qui itabat iuxta me dixit ad me. Non omittas relativum qui, nec addas & coniunctionem ante dixit.

C A P. XLIV. v. 12. Et portabant iniquitatem suam. Non mutes futurum portabant in præteritum portauerunt.

V. 30. Ut reponant benedictionem domui tuæ. Nec hic mutes pronomen tuæ secunda persona, in fuœ tertia.

C A P. XLV. v. 7. Longitudinis autem iuxta vnamquam partem. Pro genituo longitudinis, quidam scribunt accusatiuum, quidam ablatiu.

V. 20. Et expiabis pro domo. Non facile mutes singulare expiabis in plurale expiabitis.

V. 23. Et pro peccato hircum caprarum quotidie. Non omittas & quotidie.

C A P. LXVI. v. 11. Agnis autem. Nomignis ne preponas prepositionem de: qua & supra v. 7. simili propositio loco a nostris manuscriptis unanimiter omittitur, ad stipulante vetero Epatornthe manuscripto, quem habemus.

V. 16. Si dederit princeps donum alicui de filiis suis. Cause scribas dominum, quod est, ades, pro donum, manus.

V. 20. Ut non efferant in atrium exterius. Legendum est efferant vocalis secunda, non offerant quarta, et casu accusandi atrium exterius, potius quam auferendi, atrio exteriori.

C A P. LXVII. v. 10. Et stabunt super ilicas pescatores. Retinendum est femininum illas s. aquas, non substituendum neurum illa.

V. 12. Omne lignum pomiferum. Alii libri habent fructiferum.

C A P. LXVIII. v. 2. Et super terminum Dan. Non mutes super in ad.

V. 12. Eterunt eis primitiae de primitiis terra præmitis, non est scribendum primitiis, sed eadem vox repetenda est.

V. 17. Et ad orientem ducenta quinquaginta. Adulterinum est quod quidam addunt milia.

V. 22. Erat inter terminum Iuda & inter terminum Beniamin. Præpositionem inter dissyllabam, nequam commutare oportet cum monosyllabi in, neutro loco.

V. 28. Ad plagam Auftri in meridie. Retinendum est sextus casus meridie, non mutandus in quartum meridiem.

V. 31. Et porta ciuitatis ex nominibus tribuum Israel. Male scribunt quidam omnibus tribibus, pro ex nominibus tribuum, quod est, sortit & nominat a nominibus tribuum.

V. 33. Et portæ tres, porta Simeonis vna. Nequam omittendum illud & portæ tres.

## DANIEL.

C A P. II. v. 23. Tibi Deus patrum nostrorum confiteor. Alii pro nostrorum scribunt meorum.

V. 27. Sapientes, magi, arioli, & aruspices. Non preponas & voci arioli.

V. 29. In stratotuo. Non scribas stratu quarta declinatione.

V. 39. Et post te consurget regnum aliud minus

te, argenteum. Non facile omittas rō argenteum.  
V.41. Partem testa figuli. Pro substantio testa non substitutas adiectionis testam.

C.A.P. III. v. 7. Et symphonie & omnis generis musicorum. Non omittas prius &.

V.12. Super opera regionis Babylonis. Alij libri habent Babyloniae.

V.14. Et statuam auream quam constitui. Quidam libri legunt exrei pro confitui.

V.31. In vero iudicio fecisti. Non omittas propositionem in.

V.44. Confundantur in omni potentia tua. Etiam prototypum grecum duas habet dictiones, omni potentia, & quamquam non addat pronomen tua, visum est tamen Correctoribus addendum esse.

V.52. Erlaudabilis & glorirosus & superexaltatus in secula. Non putarunt Correctores omittendum esse & glorirosus, quamvis grec non addatur.

V.67. Benedicite frigus & aestus Domino. Legendum est aestus, oppositum frigoris; non aestus, oppositum hysmis.

V.92. Respondit & ait. Non addas rex, sed subaudias.

V.100. Et regnum eius regnum sempiternum. Non omittas regnum secundo loco repetitum.

Sequitur: Et potestis eius in generationem & generationem. Non mutes priorem accusatum in ablatiu generatione.

C.A.P. I V. v. 2. Et cogitationes meæ in strato meo. Non scribas stratu quarta declinatione, sed strato secunda.

V.6. Quoniam ego scio. Quidam libri mutant coniunctionem quoniam in relatum quem.

V.25. Omnia haec venerunt. Non omittas pronomen haec.

V.27. Nômine haec est Babylon magna. Non addas ciuitas.

V.31. Et regnum eius in generationem & generationem. Non mutes accusatiuos in ablatiu generatione & generatione.

C.A.P. V. v. 1. Baltasar rex. Codices manuscribunt hoc modo, equiti Interpretis Lxx: codices impressi, mutato aut in s, ferè habent Baltasar, sequuti texum chaldaeum.

V.3. Tunc allata sunt vasa aurea & argentea. Non facile omittas & argentea.

V.23. Qui haber flatum tuum in manu sua. Causa pro flatum, quod est, spiritum, scribas statim.

V.24. Articulus manus que scriptis hoc. Alij scribunt masculinum qui pro feminino que.

C.A.P. VI. v. 4. Quærebant occasione ut inuenient Danihel ex latere regis. Triplex est hoc loco variorum codicum error. Quidam collocant vocem occasionem post verbum invenient: quidam pro dativo Danihel scribunt accusatum Danihel, proq; inuenient, ferè auferent vel eucellerent: denique quidam pro regis legunt regni. Et quamquam chaldaeæ sit regni, exemplaria tamen manuscripta loquuntur, ab Interpretis verium esse regis.

V.24. Qui accusauerant Danihel. Præteritum plusquam perfectum præferendum est perfecto.

C.A.P. VII. v. 22. Et iudicium dedit sanctis Excelsi. Manuscripti libri scribunt genitium singularem excelsi, quinone mutandus in datiuum pluralem excelsi, quod faciunt impressi quidam codices.

C.A.P. VIII. v. 2. Cum essem in Sufis. Alij libri, præsertim typis excussi, seruata terminatio ne chaldaica, scribunt Sufan.

Ibidem. Quid est in Aclam regione. Pro regione non substitutas ciuitate.

V.4. Cornibus ventilantem contra occidentem. Non intericias contra orientem &, post ventilantem.

V.12. Robur autem datum est ei. Non temere omittas pronomen ei.

V.14. Vsque ad vesperam & manæ, dies duo milia trecenti. Correctores iudicarunt addendum vocem dies, vel claritas causa.

C.A.P. IX. v. 23. Tu ergo animaduertere sermonem. Melius est ergo quam autem.

C.A.P. X. v. 1. Anno tertio Cyri. Non facile interponas vocem regni post tertio.

V.17. Nihil enim in me transiit virium. Non omittas coniunctionem enim.

V.20. Cum ego egrederer. Legendum est pronomen ego, pro coniunctione ergo, qua in plerisque est libris.

C.A.P. XI. v. 41. Et multæ corrudent. Femininum multæ non est commutandum cum masculino multi.

C.A.P. XII. v. 6. Et dixi viro, qui erat induitus lineis. Pro prima persona dixi, non temere substituta est tercia dixit.

C.A.P. XIII. v. 5. Et constituti sunt de populo duo fenes iudices. Non omittas rō de populo.

C.A.P. XIV. v. 9. 10. In templum Bel. Et dixerunt sacerdotes Bel. Alij declinantes scribunt Belis.

V.12. Contemnebant autem quia fecerant. Legendum est contemnebant potius quam confabant.

V.13. Rex posuit cibos ante Bel. Correctores, claritas causa, omiserunt &, quod multi libri proponunt vocis Rex.

V.24. Iste autem non est Deus vivens. Non censuerunt Patres omittenda hac verba, quamvis ab aliis exceptilibus græco conformiter omittantur.

V.36. Daniel serue Dei, tolle prandium. Idem iudicium est de hoc serue Dei.

V.37. Et non dereliquerunt diligentes te. Preferendum est diligentes, et quod quidam legunt querentes, aliunde, verisimile est, accepto.

V.39. Erecce Daniel fedens in medio leonum. Eadem ratio habenda est huius in medio leonum, qua illius de quo supra v. 24.

V.40. Et extraxit eum de lacu leonum. Similiter & huius de lacu leonum.

V.42. Tunc rex ait: Paucent omnes habitantes in viuera terra Deum Danielis: quia ipse est saluator, faciens signa & miracula in terra, qui liberavit Danielem de lacu leonum. Denique & huius 42. verius eadem est ratio, qui respondet eis qua leguntur supra 6.v.26.27.

## O S E E .

C.A.P. I. v. 9. Et ego non ero vester. Quidam libri addunt Deus aut Dominus; sed superflue.

C.A.P. II. v. 16. Et non vocabit me vltre Balali. Alij scribunt Baalim, quod est plurale abfusum citra pronomen, & significat domini. Patres recte, ablata post rem aliter m, correverunt Baali, quod est singulare cum pronomine prima persona, & vertas Dominus meus, sed exosum Deonomer, quididolis vulgo attribueretur.

V.23. Et seminabo eam mihi in terra. Non est mutandus ablatiuus terra cu accusatio terram.

C.A.P. V. v. 1. Et rete expandum super Thabor. Non addas sicut ante rete, sed subaudiens.

V.7. Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. Causa legas, transpositis literis, masculinum patribus quod est genitoribus, pro feminino partibus.

C.A.P. VI. v. 5. Occidieos in verbo oris mei. Non preponas & coniunctionem.

C.A.P. VII. v. 5. Dics regis nostri. Non est mutandus nominatiuum dics in ablatiuum die.

C.A.P. VIII. v. 2. Me invocabunt, Deus meus. Retinendum est futurum, non substituendum præteritum imperfectum in uocabant.

C.A.P. IX. v. 7. Propter multitudinem iniuitatis tuae & multitudinem amentia. Tam posteriori loco quam priore, scribendus est accusans casum multitudinem (quidam enim libri posteriori loco habent casum nominandi multitudi) sed pronomen tua, non perinde addendum est nominamenti, ut nomini iniquitatis.

C.A.P. X. v. 12. Seminate vobis in iustitia. Nonnulli codices, obscura phrasis sensum explicare volentes, pro ablatiu cum præpositione in, scribunt nudum accusatum iustitiam; alijs complures, retentis accusatiuo & in præpositione, addunt veritate: In veritate iustitiam: sed prima lectio germana est.

V.14. Qui iudicauit Baal in die prælii. Pro iudicauit, quod est damnauit, non esse substituendum vindicauit, quod est, vltus est, docuimus in Notationibus.

C.A.P. XI. v. 12. Circumdedit me in negatione Ephraim. Causa scribas negotiatione, id est, mercatu, pro negatione, quod est, abnegatione.

Ibidem. Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fideli. Nominatiuum singularis fideli, haudquam mutandus est in ablatiuum pluralem fideliibus.

C.A.P. XII. v. 11. Si Galad idolum, ergo frustra erant in Galal bobus immolantes. Quadruplex hoc loco variorum codicum virtutum vietandum est. Primum, est eorum quinter si & Galad interponunt præpositionem in, quis subaudiens potest, addi non debet. Alterum est eorum qui

pro Galad repetunt Galgal, quod est in posteriore parte sententie: Galad ultra, Galgal citra lordanem sita erat. Tertium, quo pro ergo coniunctione illatina, scribitur tamè aduersaria. Quartum est, quo verbum substantiuum erant, mutatur cum errant, errore non modico.

V.12. Et fecerunt Israel in vxorem, & in uxorem seruauit. Multicodices legunt seruauit, quod est, ministravit, in fine ut in principio huius periodus: verum, in principio quidam seruauit, in fine autem seruauit, quod est, cito diuinit, scribendum esse, extra coniunctionem esse debet.

C.A.P. XIII. v. 6. Et leuauerunt cor suum. Duas voces & leuauerunt, non contrahas in unam, eleuauerunt.

V.10. Da mihi regem & principes. Seruandus est singularis numerus regem, non substituendus pluralis reges.

V.15. Adducet vrentem ventum Dominus. Non preponas coniunctionem &.

C.A.P. XIV. v. 6. Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium. Non est intericienda & coniunctio inter ros & Israel, eo minus quod Israel coniungi possit cum ros.

## I O E L .

C.A.P. II. v. 14. Quis scit si conuertatur & ignoscat. Non addas Deus.

Ibidem. Sacrificium & libamen Domino Deo vestro. Retinendum est pronomen secunda persona vestro; non supponendum præmio nostro.

C.A.P. III. v. 3. Et posuerunt puerum in prostibulo. Preferendum est casus sextus quarto prostibulum.

V.17. Habitans in Sion monte sancto meo. Non est repetenda prepositio in ante monte.

## A M O S .

C.A.P. I. v. 1. Verba Amos qui fuit in pastoribus de Thecue. Correctores dederunt, nomen substantiuum pastoribus, pro eo quod alijs legunt adiectione pastoribus: denique addiderunt de propositione ante Thecue.

V.6. & 9. Et super quatuor non conuertam eum. Masculinum pronomen cum non esse commutandum cum feminino eam, docuimus in Notationibus.

C.A.P. II. v. 13. Ecce ego stridebo subter vos. Non mutes subter, quod est sub, in præpositionem contraria super.

C.A.P. III. v. 12. Et in Damasci grabato. Hanc lectionem qua habet genitium Damasci & ablatiuum grabato, Patres non sine causa præluerunt ei, qui contra habet ablatiuum Damasco & genitium grabati, hoc modo: Et in Damasco grabati: quamlicet ex Notationibus nostris intellegere.

C.A.P. IV. v. 4. Et afferte manæ viuimas vestras. Non mutes afferte in offerte, id est, vocem primam in quartam o.

C.A.P. V. v. 17. Et in omnibus vineis erit planctus. Causa scribas viii, quod est, itineribus, pro vineis, quod est, vinetiis.

V.26. Et portafis tabernaculum Moloch vestro. Non interponas deo aut idolo inter Moloch & vestro.

C.A.P. VI. v. 14. Qui lætamini in nihilo. Alij, pro ablatiu nihilo, scribunt nihili indeclinatum.

C.A.P. VII. v. 1. Et ecce serotinus post tonsionem regis. Nomen verbale femininum tonsionem, Paries consuli præluerunt masculino tonsorem: ut & nomen gregis, necessario commutant, dema prima litera, cum regis. Legat qui volet Notationes nostras.

V.3. Non erit, dixi Dominus. Non est mutandum præteritum dixit, in præsens dicit. Idem obseruandum infra v.6.

V.7. Haec ostendit mihi Dominus. Non addas Deus.

C.A.P. VIII. v. 5. Quando transbit mensis. Legendum est mensis, cuius initium Kalenda, non mensis opposita amenti.

V.7. Iurauit Dominus in superbiam Iacob. Correctores præluerunt quartum casum sexto superbia.

V.9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus. Non omittas vocem Deus.

C.A.P. IX. v. 1. Non erit fugia eis fugient, & non saluabuntur ex eis qui fugerit. Futurum plu-

# ROMANAЕ CORRECTIONES

**V.** ale fugient, multilibri vertunt in singulare fugeant: ceterum, nullo modo est omittendum, nec est precedentibus iungendum, interposito relatio qui: Non erit fuga eis qui fugient.

**V. 11.** Et redicabat illud. Retinendum est neutrum illud s. tabernaculum, non supponendum masculinum eum.

## ABDIAS.

**V. 11.** In die cum stares aduersus eum. Non est omittendum pronomen eum.

**V. 16.** Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum. Non est mutandum verbum plurale bibistis, in singulare bibisti.

**V. 20.** Omnia loca Chananiorum. Patres addiderunt vocem loca.

## IONAS.

**CAP. I. v. 11.** Quia mare ibat & intumecebat. Quid subiunxit quidam libri super eos, non est huius versiculi, sed decimertiy.

**V. 12.** Tempesta haec grandis venit super eos. Patres addendum censuerunt verbum venit; pro quo quidam libri verbum substantiuum est legunt: nam alij neutrū habent.

## MICHAЕAS.

**CAP. I. v. 11.** Planctum domus vicina accipiet ex vobis. Non mutes nominatiuum vicina in genitiuum vicina.

**V. 14.** Domus mendacij in deceptionem regibus Israe. Nominatiuum pluralis domus, non est vertendus in accusatiuum plurali domos.

**CAP. II. v. 5.** In caeu Domini. Non subiectus est Israe.

**CAP. IV. v. 6.** Et quam afflixeram. Non addas consolabor.

**V. 8.** Et tu turris gregis nebula filiae Sion. Non mutes genitiuum filiae in nominatiuum filia.

**CAP. V. v. 3.** Et reliquiae fratrum eius. Non omittas coniunctionem &c.

**V. 5.** Et erit pax: cum venerit Assiri. Quidam libri, inuerso verborum ordine, leguntur, pro nominatiuo Assiri, datiuum Assiris, quem precedentibus iungunt hoc modo: Ererit pax Assiri, cum venerit; sed male.

**V. 9.** Exaltabitur manus tua super hostes tuos. Non preponas coniunctionem &c.

**CAP. VI. v. 9.** Et falsus erit timbitus non mentium. Non est mutandum pronomen secunda persona tuum in tertia suum vel eius.

**V. 16.** Et ambulasti in voluntatiis eorum. Legendum est voluntatiis, quod est, desideris, non voluntatiis, quod est, delectamenti.

**CAP. VII. v. 17.** Vclut reptilia terra perturbantur in adibus suis. Ita emendarunt Correctores, sequitur Lxx, tame si altera lectio, perturbantur de, quod est, ejcentur ex adibus suis, hebreo similior sit.

Sequitur: Dominum Deum nostrum formidabant. Pro formidabant, quod est, pauebunt, non scribas desiderabant, quod est, cupient.

## NAHVM.

**CAP. I. v. 12.** Sic quoque attendentur & pertransibit. Non est mutandum singulare pertransibit, in plurale pertransibunt.

**CAP. II. v. 4.** In itineribus conturbati sunt quadrigae collis sunt in plateis. Masculinum conturbati, non est vertendum in femininum conturbata, iungendumq; cum quadrigae.

**V. 13.** Et succendam vsque ad fumum quadrigae tuas. Non facile substituendum est pronomen tertia persona eius, prosecutus tuas.

**CAP. III. v. 2. 3.** Vox flagelli, & vox impetu rota, & equi frenementis, & quadrigae feruentis, & equis ascendentis, & inicantis gladij, & fulgurantis hastae, & multitudinis interfecta, & grauis ruinæ. Quidam libri, magnam horum nominum partem scribunt primo casu numeri pluralis, & quadrigae feruentes, & equites ascendentis, & inicantes gladij, & fulgurantes hastae, & multitudines interfecta, & graues rui-

na: sed retinendum est ubique secundus casus numeri singularis.

**V. 8.** Numquid melior es Alexandria populo. Non præponas prepositionem ab nomine Alexandria.

**V. 13.** Inimicis tuis adapertione pandentur portæ terre tue. Una vox abluti casu adapertione, non est disfrahenda in duas ad apertione: nam adapertione pandentur, hoc est, aperiendo aperientur.

## HABACVC.

**CAP. I. v. 3.** Videre prædam & iniustitiam contra me? & factum est iudicium & contradicitione potentior. Ea qua hic inseruntur à multis exemplaribus: Quid respici contempentes, & tales conculeante impio iustiore se: & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? Patres superfluere iudicarunt: uterum non sunt huius loci, sed infra v. 13. & 14, quod alias docuimus.

**V. 17.** Et semper interficere gentes non pareat, Alij libri, pro parcer, legunt celst.

**CAP. III. v. 3.** Operuit caros gloria eius. Quidam libri his verbis præponunt Semper, possum pro hebraico Sela & graco diaiphala: quod non magis hic sententiam ingreditur, quam faciat in Psalmis, ubi est frequentissimum. Idem accidit infra v. 9. ante ea verba: fluios scindes terræ, & v. 14. ante illa: Maledixisti sceptris eius.

**V. 8.** Qui ascendes super equos tuos. Non mutes futurum alcedes in praesens alcedis.

**V. 12.** In furore obstupescit gentes. Non præponas his verbis coniunctionem &c.

## SOPHONIAS.

**CAP. III. v. 17.** Silebit in dilectione sua. Retinendum est pronomen tercia persona sua, non substituendum secunda tua.

Sequitur: Exultabit super te in laude. Non præponas his verbis & coniunctionem.

## AGGAEVS.

**CAP. I. v. 12.** Vocem Domini Dei sui. Non omittas Domini.

## ZACHARIAS.

**CAP. I. v. 9.** Et dixit ad me angelus. Non addas Domini.

**V. 12.** Iste iam septuagesimus annus est. Non omittas aduerbiūm.

**CAP. II. v. 8.** Qui enim tergerit vos, tangit pupillam oculi mei. Non facile mutandum est pronomen prima persona mei, in tertia sui autius: quae de re lege Notationes.

**CAP. III. v. 14.** Iste sunt duo filii olei. Sequitur in multis libris splendoris, sed superflue: id unde irrespirit, docent nostra Notationes.

**CAP. V. v. 2.** Ego video volumen volans. Non preponas aduerbiūm ecce pronominis ego.

**V. 4.** Et consumet eam. Non mutes pronomen femininum eam in masculinum eum.

**V. 6.** Hæc est oculus eorum. Nec hic, femininum hæc, in masculinum hic.

**CAP. VII. v. 11.** Et auerterunt scapulam recedentem. Retinendum est accusatiuum singulare recedente, non substituendum nominatiuum pluralis recedentes.

**V. 12.** Verba qua misit Dominus exercitum. Pro Dominis non scribas Deus.

**V. 15.** Sicut locutus est & non audierunt. Non repetas aduerbiūm sicut ante non.

**CAP. VIII. v. 4.** Et viri baculus in manu eius. Non omittas nonem viri.

**CAP. IX. v. 9.** Et ascendas super asinam. Correctores prætulerunt femininum asinam masculinum asinum.

**V. 10.** Et disperdam quadrigam ex Ephraim. Cœne legas dispersam à Spargo, pro disperdam, quod est, destruam, à perdo.

**CAP. X. v. 4.** Ex ipso angulus. Cœne pro angulus scribas angelus, id est, vocalem secundam pro quinta.

**CAP. XII. v. 3.** Omnes qui leuabunt eam. Pro feminino eam, quod ad Ierusalem referunt, alij libri scribunt masculinum eum, quod ad latipedem.

**V. 6.** Et sicut faciem ignis in foco. Mendacum est typographicum in exemplari Romano, ubi faciem triflylibus nomen, legitur pro disyllabo faciem, quod est, faculam, lampadem. Porro ut mendacè quidam habent faciem, ita alij faciem, quod est, fasciculum.

**V. 8.** Sicut angelus Domini in conspectu eorum. Non mutes plaurale corum in singulare eius. **CAP. XIV. v. 4.** Prærupto grandi valde. Non scribas quartæ declinatione præruptu, id est, vocalem u. quintam pro quarta.

**V. 10.** Et habitabit in loco suo. Alij legunt pasiuē habitabit, sed minus recte.

## MALACHIAS.

**CAP. I. v. 1.** In manu Malachie. Non subiectus propheta.

**V. 3.** Et posui montes eius in solitudinem. Non addas Sei ante montes.

**CAP. II. v. 10.** Quare ergo despicit vnuſquisque nostrum fratrem tuum, violans pactum patrum nostrorum. Pronomina prima personæ nostrum & nostrorum, non sunt mutanda in secunda & vestrum & vestrorum.

**V. 12.** De tabernaculo Iacob. Pro pluralitate bernaculi, non supponas singulare tabernaculo.

**CAP. III. v. 5.** Et qui calumniant mercedem mercenarij, viduas & pupilos, & oppriment peregrinum. Quidam ante viduas præponunt & humiliant, ex graco acceptum; sed minus recte: sicut & illi non recte, qui omitunt & ante opprimunt.

**V. 18.** Et conuertemini & videbitis. Retinendum est futurum indicatiui conuertemini.

## LIBER

## MACHABÆORVM PRIOR.

**CAP. I. v. 11.** Et exiit ex eisdadix peccatrix. Nominatiuum femininus peccatrix, non est commutandus cum genitiuo neutro peccati.

**V. 27.** Virgines & iuuenes infirmati sunt. Non sunt preponendi iuuenes virginibus.

**V. 38.** Et factum est hoc ad iniicias sanctificationi. Datius casus sanctificationi, non est mutandus cum genitiuo.

**V. 51.** In omnibus immundis. Pro adiectivo immundis, non scribas substitutiūm immunitiūs.

**V. 57.** Quinto & quadragesimo & centesimo anno. Non omittas & centesimo.

**CAP. II. v. 1.** Sacerdos ex filiis Ioarib ab Ierusalem. Scribendum est Ioarib, ultima litera existente b secunda alphabeti; non Ioarim, ultima litera existente in secundaliquidarium.

**V. 30.** Et federunt ibi ipsi & filii eorum. Non mutes plurale eorum in singulare eius.

Ibidem. Quoniam inundauerunt supereos mala. Alij libri scribunt indurauerunt, minus veſiſimiliter.

**V. 31.** Qui erat in Ierusalem. Retinendum est numerus singularis erat.

**V. 42.** Tunc congregata est ad eos synagoga Asidaeorum. Cœne reponas nomen generale Iudeorum, pro particulari Asidaeorum, quod alias dicitur Esenorum.

**V. 47.** Quoquot inuenierunt in finibus Israel. Nomen Israe non est mutandum in pronomen eorum.

**V. 64.** Quia in ipsa gloriosi eritis. Quod quidam libri adiungunt post coniunctionem quia, cum feceritis quæ vobis præcepta sunt irlege à Domino Deo vestro, merito ut superfluum omissum est.

**CAP. III. v. 8.** Et perambulauit ciuitates Iuda. Non mutes preseritum perfectum in imperfectum perambulabat.

**CAP. IV. v. 20.** Et vidit Gorgias quod in fugam conuersi sunt sui. Correctores putarunt, non omittendas voces Gorgias & sui, quas multi omittunt.

Sequitur: Et succenderunt castra. Non mutes succenderunt cum succensa sunt.

**V. 31.** Et confundantur in exercitu suo. Seruandus est numerus pluralis confundantur, non surrogandus singularis confundatur.

**CAP. V. v. 3.** Eteos qui erant in Acrabathane, Plerique libri vocem Acrabathane, male scribunt omisua litera c, quis tercia quidam est alphabeti, huius autem dictio nis secunda.

**V. 30.** Et expugnarent eos. Alij legunt expugnabant.

V. 35. Et sumis spolia eius. Non supponas verbum compositum allumis, pro simplici sumis.

V. 44. Cum omnibus qui erant in ipso. Pro masculino qui, multi libri habent neutrum quae. Grammaticum ambiguum est.

V. 56. Et Azarias princeps virtutis. Correctores præteruerunt singulare principes plurali principes.

V. 60. Et facta est fuga magna in populo. Correctores recte emendarunt fuga, pro eo quod vulgo legitur plaga, quod amplius est.

CAP. VI. v. 7. Quam edificauerat super altare. Retinendum est singulare edificauerat, non mutantur in plurale edificauerant.

V. 17. Et vocauit nomen eius Eupator. Alij, pro nominatio, scribunt accusatum Eupatorem.

V. 26. Ad arcem Ierusalem. Non intericias propositionem in ante Ierusalem.

Ibidem. Et munitionem Bethsuram muniti- runt. Neque hic ante Bethsuram.

V. 37. Et Indus magister bestiarum. Insignis correcio, qua nomen Indus repositum est, pro eo quod vulgo scribitur aduerbius. Significatur super singulos elephantes, præter viros bellatores, siue Indum magistrum elephantis.

V. 57. Festinavit ire. Alij proponunt coniunctionem &c.

CAP. VII. v. 6. Et nos dispersit de terra nostra. Pro dispersit, quod est, eiecit, non scribas dispersidit.

V. 7. Quod fecit nobis & regionibus regis. Coniunctio & mutanda non est cum propositione in.

V. 9. Et misit eum, ut videret exterminium quod fecit Iudas: sed & Alcimum. Alij omittunt haec verba, ut videret exterminium quod fecit Iudas: sed que omnes legunt supra v. 7., unde & facile hic subaudiuntur.

V. 19. Et comprehendit multos ex eis qui à se effugerant. Ita est in quibusdam veteribus manuscriptis: in aliis legitur contrarium qui ad se refugierant.

CAP. IX. v. 1. Apposuit Bacchidem. Non interponas &c.

V. 57. Et siluit terra annis duobus. Non facilè ad das vocem terra nomen Iuda, etiamq; græcè addatur.

V. 61. Qui principes erant malitiæ. Legendum est malitia, quod est, infidiarum, non militia, quod est exercitus, id est, legenda est a prima vocalis, non i tercia.

CAP. X. v. 13. Et reliquit unusquisque locum suum. Non omittas pronomen suum.

V. 20. Et amicos voceris regis. Nec hic omittenda est coniunctio &c.

V. 38. Et non obdiant alij potestati. Non communes alij cum alienæ.

V. 45. Et ad extenuendos muros Ierusalem. Non proponas nomini Ierusalem propositionem in.

V. 53. Et sedimus in sede regni eius. Non est mutandum præteritū sedimus in præsens sedemus.

V. 54. Et dabo tibi dona & ipsi dignate. Dua voce dignate, quod est decentia te, non sunt contra-hends in unam, quod vulgo fit, dignitatem.

CAP. XI. v. 7. Qui vocatur Eleutherus. Non surroges imperfectum vocabatur in locum præsentis.

V. 37. In monte sancto, in loco celebri. Non intericias coniunctionem &c.

V. 38. Quem contraxit ab insulis gentium. Verbum compositum contraxit, non est mutandum in simplex traxit.

V. 39. Quoniam omnis exercitus murmurabat contra Demetrium. Præteritum imperfectum non mutetur cum perfecto murmurauit.

V. 61. Et predatus est ea. Neurum plurale, ea non est verbum plurale in femininū singulare eam.

CAP. XII. v. 1. Et elegit vitos. Non est omittenda coniunctio.

V. 7. Ab Ario qui regnabat apud vos. Patres legendum censuerunt Ario, prima litera alphabeti existente prima vocis, non Dario, proposita d, quarta alphabeti.

Ibidem. Sicut rescriptum continet quod subiectum est. Pro nomine compositio rescriptum, non est substitendum simplex scriptum.

V. 9. Nos cum nullo horum indigeremus. Non est addenda coniunctio enim.

V. 16. Numenium Antiochi filium & Antipatrem Iasonis filium. Non omittas vocem filium repetitam.

V. 19. Ethoc est rescriptum epistolarum quod miserat Onias. Præteritum plusquam perfectum miserat, non est mutandi in perfectum mitti; multo minus datius Onias in nominativum Onias.

Sequitur v. 20. Arius rex Spartiarum Onias facerdoti magno salutem. Triplex correctio est hic obseruanda, ne in vetera vitta recidatur. Prima, nomen Arius, nec omittendum esse, nec augendum, siue litera una Darius, siue syllaba Oniæ. Altera, nomen Onias legendum esse casu tertio, non pri-mo Onias. Tertia, nullo modo hic addendum esse nomen Ionathæ.

V. 31. Ad Arabas, qui vocantur Zabadei. Præ-sens vocantur, non est mutandum cum imperfecto, vocabantur.

V. 36. Et exaltare altitudinem magnam. Accu-satiui altitudinem magnam, nullo modo vertendi sunt in ablatiuos.

V. 42. Ut extenderet in eum manus timuit. Non est addenda coniunctio & ante timuit.

V. 52. Et eos qui cum ipso fuerant. Retinendum est plusquamperfectum fuerant, non substituen-dum imperfectum erant.

CAP. XIII. v. 6. Natos quoque nostros. Non scribas pronomen secunda persona vestros, pro prima nostros.

V. 11. Et eiechtis qui erant in ea, remansit illius ipse. Pronomen ea nequaquam commutandum est cum nomine arce.

V. 15. Propter negotia qua habuit. Non sunt hac verba è textu auferenda iudicio Correctorum.

V. 46. Sed secundum misericordias tuas. Non subiungas & seruierius tibi.

V. 50. Et clamauerunt ad Simonem ut dextras acciperent. Non mutes pluralem numerum in singulari accepiteret.

V. 51. Et cincryis & cymbalis. Scribendum est cincryis vel cinnryis, vocali media ypsi, nō alpha.

V. 54. Quod fortis preli vir est. Latinorum librorum quos vidi, quidam illud solum legunt quod vir est, grecò consentaneè; quidam addunt quod vir fortis est, quidam quod vir preli est.

Correctores omnia copulanda iudicarent.

CAP. XIV. v. 2. Et adduceret eum ad se. Correctores bac verba ex veteribus manuscriptis addiderunt.

V. 27. Ethoc est exemplum scripture. Nequaquam omittenda sunt hac verba.

CAP. XV. v. 4. Volo autem procedere per regionem. Non mutes numerum singularem in pluralem regiones.

V. 21. Si qui ergo pestilentes refugerunt. Non commutes verbum compositum refugerunt cum simplici fugerunt.

V. 22. Et Attalo, & Ariarathi, & Arsaci. Media vox quinque syllaba est, aut certè quadrisyllaba, Ariarathi, a nominatio Ariarathes: pro qua grecè legitur trifissyllaba Arathæ; latinè a plerisque mendosè Arabe.

V. 23. Et Lampsaco & Spartiatis. Pro Lampsa-co, alijs latini libri, græco conformiter, habent Sampsmata.

Sequitur: Et in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam, & in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo, & in Siden, & in Aradon, & in Rhodum, & in Phaselidem, & in Gortynam & Gnidum. Prima aliquot horum nominum proprietorum, multi latini libri legunt tertio casu, omissa propo-sitione: Et Delo & Mydo &c. Ceterum Myndum scribendum est & Aradon, non Myndum & Arado, omessa litera n; Rursus Gortynam, non Cortynam: g. septima, nō tertia alphabeti litera c.

V. 24. Simoni principi sacerdotum & populo Iudeorum. Vetera manuscripta addunt illud & populo Iudeorum.

V. 39. Et mandauit ei edificare Gedorem. Pro eo quod latini ferè libri, græco conformiter, legunt Cedroneim, Romani Patres emendarunt Gedorem, tum hoc tum proximo verso 40.

## LIBER MACHABÆORVM POSTERIOR.

CAP. I. v. 1. Et qui in regione Iudeæ. Non mutes numerum singularem in pluralem regionibus, nec genitium Iudeæ in ablatum Iudeæ.

V. 14. Et ut acciperet pecunias multas. Alij scribunt plurali numero acciperent.

V. 18. Ut & vos quoque agatis diem scenope-giae. Non addas festum.

V. 32. Sed ex lumine, quod resulfit ab altari, consumpta est. Non interponas & inter sed & ex.

V. 35. Atque alia munera &. Quatuor harum vocum loco, nequaquam scribas wham vocem innumeram.

CAP. II. v. 10. Sic & Salomon orauit, & descendit ignis de caelo, & consumit holocaustum. Neutrum omittenda est pericope ista, tametsi multi libri id facient.

V. 11. Eo quod non sit comedsum, quod erat pro peccato, consumptum est. Pro comedsum, in libris manuscriptis ferè est mundatum aut mandatum, sed male, loco manducatum. Iam, quod quidam hic addunt verba Leuitici, ad quæ locus iste respicit, Cur non comeditis hostiam pro peccato in loco sancto, superfluum est. Denig, coniunctio &, quam præponunt multi libri verbo con-sumptum est, eis omittenda.

V. 13. Et vt confitens bibliothecam congregauit de regionibus libros, & prophetarum & David. Pro vt, multi libri habent qualiter, & pro construens, confitens; minus recte. Pro regionibus, impressi libri, ut est græcè, ferè legant regibus: sed Patres præteruerunt regionibus, quod est in libris manuscriptis. Postremo & ante prophetarum, multi tollunt: Patres græco conformiter retinuerunt. Legat Lector Notationes nostras, si placet ipsi.

V. 14. Ea quæ deciderant per bellum. Legendum est deciderant, quod est, dilapsa fuerant, non didicerat, à disco.

V. 23. Et leges quæ abolite erant restituerunt. Præteritum abolita, alijs libri mutant in futurum abolenda, consentaneè græco.

CAP. III. v. 1. Propter Onias pontificis pietatem. Non interponas dispositionem &, ante pietatem.

V. 7. Quæ delata erant. Non mutes femininum delata in neutrum delata.

CAP. IV. v. 11. Per Ioannem patrem Eu-polemi. Non præponas his verbis coniunctione &.

V. 19. Sed in alios sumtus eas depurari. Retinendum est femininum cas, non substituendum masculinum eos: quemadmodum & versus proximo, feminina non sunt commutanda cum neutrī, ubi sequitur: Sed haec ablata sunt quidem &c. propter praesentes autem datae sunt. sermo est de drachmis.

V. 30. Eo quod Antiochidi regis concubinae donec essent dati. Quod vulgo legitur Antiochi secundo casu generis masculini, Patres recte emenda-unt Antiochidi, tertio casu generis feminini.

V. 35. Sed alia quoque nationes. Non addas etiam vocula sed.

CAP. V. v. 2. Et hastis, quasi cohortes, armatos. Multi, pro ablative hastis, legunt accusatum hastas, & pro masculino armatos, femininum armatas; sed male: retinenda est enim Par-trum correctio.

CAP. VII. v. 1. Contigit autem & septem fratres. Non est omittendum &.

V. 18. Nos enim propter nosmetipos hac pati-mur. Non est mutandum plurale hæc in singulare.

V. 28. Peto nate. Non interponas pronome, nec quidem addita prepositione àte.

CAP. VIII. v. 1. Cognatos & amicos. Cor-retores iudicarunt non esse omittendum & amicos, tametsi græcè omittatur.

V. 33. Etsi cùm epinicia agerent Ierosolymis. Non præponas voci Ierosolymis præpositionem in.

CAP. IX. v. 2. Et tentauit expoliare templa.

V. 9. Ac viuentis in doloribus carnes eius ef-fluerent. Seruandus est genitius singularis viuentis, non mutandus in nominativum pluralem viuentis.

CAP. X. v. 7. Qui prosperauit mundari locum suum. Pausium mundari non est vertendum in aitium mundare.

V. 17. Et omnes simul non minus viginti milibus trucidauerunt. Non addas quinque ad vi-ginti.

V. 24. At Timotheus. Non mutes coniunctio-nem aduersatiuam at in copulatiuam &.

Ibidem. Et congregato equitatu Asiano. Pro equitatu non scribas exercitu.

CAP. XI. v. 16. A Lygia quidem. Vocabula quidem non est augenda una syllaba, ita ut sit siquidem.

V. 18. Et quæ res permittebat concessit. Qui-dam libri legunt pluralem numerum permitte-bant: sed prima persona concessi, nullo est modo admittenda.

V. 20. Per singula verbo mandaui. Pro ablative

# ROMANAЕ CORRECTIONES

*singulari verbo, non est scribendus accusatiuus pluralis verba.*

*V. 31. Ut Iudei vrantur cibis & legibus suis. Retinenduus est nominatiuus pluralis Iudei, non substituenduus ablatiuus Iudeicis.*

*V. 36. De quibus autem ad regem iudicauit referendum. Legendum est iudicauit, secunda vocis litera existente vocali quinta u, non tertia liquidarum n, iudicauit.*

*C A P. XII. v. 16. Sanguine intersectorum fluere videbatur. Correctores egregii emendarunt vocem infectum, id est contaminatum, qua vulgo legitur, in intersectorum, quod est, occisorum.*

*V. 30. Quod modeste fecum egerint. Causa, pro modestie, quod est, humaniter, legas contrarium moleste.*

*V. 43. Offerit pro peccatis mortuorum sacrificium. Alij libri solummodo legunt pro peccatis, non addunt mortuorum, sed relinquunt subaudiendum.*

*C A P. XIII. v. 3. Non pro patriæ salute. Goritiuus substantiu patriæ, non est mutandus in ablatiu adiectiu patria.*

*V. 15. Interfecit viros quatuor milia. Numerus quatuor minime augendus est denario, ita ut sit quatuordicim.*

*V. 23. Mente confernatus, Iudeos deprecans. Nominatiu singularis confernatus, nequam commutandus est cum accusatio plurali confernatos.*

*C A P. XI V. v. 4. Super hæc & thallos. Scribendum est thallos, thira in principio & duplicit in medio, quod est, ramos; non talos que sunt ossa.*

*V. 9. Secundum humanitatem tuam perulgatam in plurimis, ide, uim.*

*V. 14. Gregatim se Nicnori miscebant. Vox gregatim non est augēda una syllaba cōgregatim.*

*V. 15. Qui populum suum constituit, vi in æternum custodiare. Plerique libri omittunt vt, sed melius vetera manuſcripta, que omittunt non tantum coniunctionem vt, sed etiam verbum custodire, consentaneo graco.*

*V. 21. Et singulis sellæ prolatæ sunt & posita. Non addas propositionem a ante singulis.*

*V. 25. Quietè egit, communiterque viuebant. Legendum est communiter, quod est, in communi, non comiter, quod est, blandè.*

*C A P. XV. v. 32. Quam extendens contra domum sanctam. Seruandum est partici pius extendens, non substituendum verbum extenderat.*

*V. 37. Quod dicitur voce Syriaca. Non legas femininum que, prouero quod: non enim res fertur ad diem, sed ad Adar.*

## M A T T H Æ V S .



*A P. I. v. 2. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Mal à libris quibusdam additur autem post Abraham, & ab alijs tollitur post Isaac.*

*V. 18. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Retinendum est pronomen eius, non substituendum antecedens Iesu.*

*V. 23. Et vocabunt nomen eius Emmanuel. Germana leccio habet futurum plurale personas tertia vocabunt; non singulare persona, aut secunda vocabilis, aut tertia vocabitur.*

*C A P. I I. v. 5. In Bethlehem Iuda. Legendum est Iuda vel Iude; non, addita una syllaba, Iudeæ.*

*V. 23. Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas. Non est commutandus numerus pluralis prophetas cum singulari prophetam.*

*C A P. III. v. 2. Appropinquauit enim regnum celorum. Causa ne scribas futurum appropinquabit, loco præteriti. Idem obseruandum in frâ 4 v. 17.*

*V. 3. Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam. Noli scribere de quo dictum est, pro qui dictus est.*

*V. 7. Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Seruandum est præteritum, non verendum in futurum demonstrabit.*

*V. 12. Et congregabit triticum suum in horreum. Ut non est omittendum pronomen suum, ita addendum nomini triticum, non nomini horreum.*

*V. 15. Tunc dimisit eum. Iniuria omittitur à quibusdam libris hec verba.*

*V. 16. Baptizatus autem Iesus, confessim alscavit de aqua. Non sunt auferenda nomen Iesu & aduerbiu confessim.*

*Ibidem. Et venientem super se. Interpres verit se reciprocum, non ipsum.*

*C A P. I V. v. 4. Non in solo pane viuit homo. Non in solo pane viuit, cum futuro viuet.*

*V. 7. Rursum scriptum est. Non tungas aduerbiu rursum verbo precedenti ait.*

*V. 10. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana. Ut non est omittendum aduerbiu tunc, ita non addendum retro aut post me, quod quidam aliunde huc adscriperunt.*

*V. 13. In Capharnaum maritima. Non addas citiatu.*

*V. 15. Galilea gentium. Non mutes primum casum Galilea cum secundo Galilæa.*

*V. 16. Populus qui sedebat in tenebris. Germi na huic loci scriptura est sedebat, non ambulabat.*

*V. 24. Et abiit opitio eius. Non scribas fama pro opinio.*

*C A P. V. v. 1. Videns autem Iesus turbas. Romani Correctores non indicarunt omittendum nomen Iesu.*

*V. 11. Beati estis cum maledixerint vobis. Non addas homines, quod non est huic loci, sed Luca 6. v. 22.*

*V. 20. Dico enim vobis. Non mutes enim coniunctionem causalem cum aduersativa autem.*

*V. 22. Omnis qui irascitur fratris suo. Non est addendum sine causa.*

*V. 30. Et si dextra manustua scandalizat te, abscede eam. Sic est in Sixtinis Bibliis, ex veteribus manuscriptis, abscede, voce deducta a caso, pro eo quod alia habent absconde a scendo. Idem usus venit infra 18. v. 8. & Mar. 9. v. 43.*

*V. 32. Et quidim illam duxerit adulterat. Causa ne omittas hanc pericopen, ut olim quidam.*

*V. 39. Sed si quis percutierit in dextram maxillam tuam. Nec hic omittit adiectiu dextram.*

*V. 41. Vade cum illo & alio duo. Nec hinc de nique auferas vocem alia.*

*V. 48. Sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Vox celestis non est commutanda cum qui in ca lis est.*

*C A P. VI. v. 4. Reddet tibi. Non est addendum in palam, quod olim fecerunt quidam.*

*V. 7. Nolite multum loqui, sicut ethnici. Red undat, quod sequitur in quibusdam libris, verbum faciat.*

*V. 11. Panem nostrum supersubstantiale da nobis hodie. Non mutes supersubstantiale cum quotidianum.*

*V. 13. Sed libera nos à malo. Amen. Ut non est omittendum Amen: ita non addendum. Quia tuum est regnum & potentia & gloria in secula le culorum.*

*V. 16. Ut appareant hominibus ieiunantes. Non supponas simplex pareant, pro composite appareant.*

*V. 25. Ne solliciti sitis animæ vestre quid manducetis. Superfluum fuit, quod olim quidam ad diderunt, neque quid bibatis.*

*V. 34. Sufficit diei malitia sua. Non est addendum enim.*

*C A P. VII. v. 1. Nolite iudicare, vt non iudicemini. Quod sequitur in quibusdam libris. Nolite condemnare, vt non condeminemini, non est huius Euangelij, sed Luca 6. v. 37.*

*V. 4. Et conuersi dirumpant vos. Non addas & canes conuersi.*

*V. 11. Nostis bona data dare. Non est omittendum data.*

*V. 12. Ut faciant vobis homines. Non est addendum bona.*

*V. 14. Quam angusta porta & arcta via est. Non est legendum quoniam vel & pro quam.*

*V. 23. Discedite à me qui operamini iniquitatem. Superfluit quod quidam addunt omnes.*

*V. 25. 27. Et descendit pluvia. Coniunctio au ferenda non est.*

*C A P. VIII. v. 1. Cum autem descendist de monte. Non addas nomen Iesu.*

*V. 10. Audiens autem Iesus. Nec hic addas pronomen hac.*

*V. 13. Etsanatus est puer in illa hora. Legendum est in non ex.*

*V. 15. Et ministrabat eis. Correctores prætulerunt plurale eis singulari ei.*

*V. 18. Iussit ire trans fretum. Non interponas discipulos.*

*V. 20. Vbi caput reclinet. Non addas pronomen suum.*

*V. 25. Et accesserunt ad eum discipuli eius. Non omittas discipuli eius.*

*V. 28. Et cum venisset trans fretum. Ut non est addendum nomen Iesu, ita non mutandum singulare venisset cum plurali venissent.*

*V. 29. Venisti huc autem tempus torque nos: Non est præponendum aduerbiu cur.*

*V. 32. Et ecce impetu abiit. Vox magno, quam interiiciunt quidam, non hic, sed Mar. 5. v. 13. ab Interpretate eis.*

*V. 33. Nunciauerunt omnia. Superfluit hæc, quod addunt quidam.*

*V. 34. Rogabant ut transiret. Similiter redun dat hic eum.*

*C A P. IX. v. 1. Et ascendens in nauiculam transfractauit. Omitendum est nomen Iesu.*

*V. 5. Dimituntur tibi peccata. Non auferas pronomen possessiuum tua.*

*V. 13. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Quod in nonnullis codicibus sequitur ad pœnitentiam, non est huic loci, sed Luca 5. v. 32.*

*V. 18. Accedit & adorabat. Sic legendum, adorabat imperfectum, potius quam perfectum adorauit.*

*Ibidem. Impone manum tuam super eam. Non omittas pronomen tuum.*

*V. 25. Et tenuit manum eius. Quod sequitur in multis libris. Et dixit Puella surge, non est huic loci, sed Luca 8. v. 54.*

*V. 38. Ut mittat operarios in messem suam. Alij libri, pro mittat, scribunt eiiciat.*

*C A P. X. v. 2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Non est legendum hoc loco discipulorum, pro Apostolorum.*

*V. 3. Iacobus Alphæi. Non præponas & coniunctionem.*

*Ibidem. Et Thaddæus. Harum duarum vocum loco, quidam legunt sex. Et Lebbæus qui cognominatus est Thaddæus, sed non sunt latine editionis.*

*V. 4. Et Iudas Iscariotes. Non scribas Scario tes, omissa i litera initiali, tametsi ita sit in antiquis libris, & hoc & aliis Euangeliorum locis.*

*V. 7. Quia appropinquauit regnum celorum. Causa ne mutes præteritum in futurum appropinquabit.*

*V. 8. Infirmos curate, mortuos suscitare. Non temere omittendum est posterius illud mortuos suscitare.*

*V. 10. Dignus est enim operarius cibo suo. Pro cibo suo, quod scribunt quidam mercede sua, Luca est cap. 10. v. 7.*

*V. 13. Veniet pax vestra. Pax vestra renertetur. Non mutes futuram indicatiui, veniet, reuertetur, cum imperativis, veniat, reuertatur.*

*V. 22. Et eritis odii omnibus. Non addas hominibus.*

*V. 23. Fugite in aliam. Quod sequitur in nonnullis libris. Et cum in aliam persequentur vos, fugite in tertiam, superfluit.*

*V. 26. Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non sciatur. Coniunctionia, reueletur, sciatur, sunt Luca cap. 12. v. 2.*

*V. 28. Qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Non est omittenda coniunction & vel priori loco.*

*V. 39. Qui inuenit animam suam, perdet illam. Non mutes futurum indicatiui perdet, cum praesenti imperativi perdat.*

*C A P. XI. v. 17. Cecinimus vobis. Interpres addidit tibi, non hic sed Luca 7. v. 32.*

*C A P. XII. v. 2. Quod non licet facere sabat. Non addas pronomen eis verbo licet.*

*V. 18. Ecce puer meus quem elegi. Malè interponunt quidam nomen electus.*

*V. 20. Arundinem quassatam non confringet. Ex propheta sumum est, quod quidam legunt, conteret.*

*V. 31. Spiritus autem blasphemia non remittetur. Causa ne nominatiuum blasphemia commutes cum genitivo blasphemia.*

*V. 32. Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum. Non repeatas vocem verbum, sed subaudias è proximo.*

*V. 47. Foris stant querentes teste. Pro querentes te, non scribas querentes loqui tecum, aut querentes te alloqui, sed ita intelligas.*

*C A P. XIII. v. 3. Ecce exiit qui seminat seminare, Non est hic addendum semen suum, quod Luca proprium est.*

*V. 8. Aliud cœfesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Non mutes numerum ordi-*

*nalem cum cardinali:* Aliud centum, aliud sexaginta, aliud triginta.

V. 11. Vobis datum est nosse mysteria regni celorum. Plurale mysteria, *Matthei* est; singulare, posteriorum Euangelistarum.

V. 12. Qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Pro & quod habet, *infra* 25. v. 29. legitur & quod videtur habere.

V. 14. Et adimpletur in eis. Retinendum est, cum coniunctione copulativa, praesens indicatiuus adimpletur: non substituendum, cum coniunctio ne causali adimpleretur, vel adimpleratur.

V. 16. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestre quia audiunt. Non est mutanda coniunctio quia cum relatuus qui vel quae.

V. 20. Qui autem super petrofa. Non leges petram pro petrofa, substantiuum pro adiustino.

V. 28. Visimus & colligimus ea? Non addas igitur verbo vis.

V. 33. In farina fatis tribus. *Luc.* 13. v. 21. legitur quanto casu fata tria.

V. 43. Qui habet aures audiendi, audiat. Non omittas gerundium audiendi.

V. 47. Et ex omni genere piscium congreganti. *Interpres* addidit piscium, tametsi græce non legatur.

V. 48. Elegerunt bonos in vase. Non addas pronomen sua, quod quidam.

V. 51. Dicunt ei: Etiam. Nec hic addas Dñe.

C A P. X I V. v. 2. Hic est Iohannes Baptista. Superfluit quem ego decollaui, quod sequitur in quibusdam libris.

V. 3. Propter Herodiadem vxorem fratris sui. Non est latina editionis, quod additur à quibusdam libris, nomen Philippi.

V. 6. Saltauit filia Herodiadis in medio. Quidam addunt triclinio, que glossa est, non textus.

V. 19. Discipuli autem turbis. Superfluit quod quidam libri addunt dederunt: relinquunt enim intelligendum è proximo.

V. 22. Et statim compulit. Seruandum est compulit, quod est, coegerit: non supponendum iussit, quod est, præcepit.

V. 32. Et cum ascendissent. Quidam numero singulari scribunt ascendit, male.

C A P. X V. v. 2. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum. Non est commutandus numerus singularis traditionem cum plurali.

V. 31. Mutos loquentes. Quod subiiciunt quidam libri debiles sanos, ex graco adiectum est.

V. 38. Erant autem qui manducauerunt. Quidam libri præterito plus quam perfecto legunt manducauerant.

C A P. X VI. v. 2. 3. 4. Facto vespero dicuntis & cetera usque ad finem quarti versiculi, immrito olim à quibusdam omisso fuere.

V. 4. Faciem ergo cœli diuidicare nostis. Non præponas nomen hypocritæ.

Ibidem. Nisi signum Iona prophetæ. Non omittas nomen prophetæ.

V. 13. Quem dicunt homines esse filium hominis? Non est addendum pronomen me, tametsi græce legitur.

V. 23. Vade post me Satana. Non scribas retro loco post me.

C A P. XVII. v. 1. Et post dies sex affumit Iesus Petrum. Non mutes præsens affumit cum præterito affumis, ut neque mox, ducit cum duxit.

V. 11. Elias quidem venturus est. Subiiciunt quidam libri primum, ex graco non dubium emendati.

V. 24. 25. Didrachma. Legendum est, neutro genere, numero plurali; non didrachmam, numero singulari generis feminini.

C A P. XVIII. v. 8. Abscede eum. Similis locus supra 5. v. 30.

V. 9. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare. Non scribas unum oculum habentem pro cum uno oculo.

V. 12. Nonne relinquit. Preferendum est præsens relinquunt futuro relinquunt.

Ibidem. In montibus. Non scribas in deserto, ex *Luc.* 15. v. 4.

V. 16. Adhibe tecum adhuc unum vel duos. Non omittas adiuerbius adhuc.

C A P. XIX. v. 5. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem. Non mutates dimitter cum relinquet, quod alterius est loci.

V. 12. Qui seipso castrauerunt. Quidam scribunt eunuchizauerunt.

V. 14. Sintate parulos, & nolite eos prohibere ad me venire. *Marcus* est & *Luca*, quod transposi-

tia verbi quidam habent. Sintate parulos venire ad me, & nolite prohibere eos.

Sequitur: *Tunc* est enim regnum celorum. Non est omittenda coniunctio enim.

V. 18. Dicitilli: *Quæ*. Non est legendum nominatio casu ille, sed dativo illi.

V. 19. Erdiliges proximum sicut te ipsum. Non est omittenda coniunctio &c.

V. 20. Omnia hæc custodiui à iuuentute mea. Romani Patres consuerunt non esse omittendum illud à iuuentute mea, tametsi votuſa manuscripsa omittant.

V. 21. Vade, vende quæ habes. *Noli legere*: Vade & vende omnia quæ habes, additis voculis & omnia.

C A P. X X. v. 7. Ita & vos in vineam meam. Non subiiciat. Et quod iustum fuerit accipietis: est enim superioris versus quarti, non huius septimi.

V. 15. Aut non licet mihi quod volo facere? Interpres nostra non addidit in meis, quod alii.

V. 17. Duodecim discipulos. Non addas pronomen suos.

V. 21. Et unus ad sinistram in regno tuo. Non mutes unum cum aliis, quod *Marcus* est.

V. 25. Potestatem exercent in eos. Non est legendum inter eos, ut quidam male, pro in eos.

V. 28. Et dare animam suam redemtionem pro multis. Non est præponenda præpositio in nomini redemtionem.

C A P. X XI. v. 1. Et cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage. Non mutes numeros plurales in singulares, appropinquasset, venisset.

Ibidem. Misit duos discipulos. Non addas suos, quod ex *Luca* quidam.

V. 3. Et confestim dimittet eos. Sic legendum est, futuro tempore dimittet, non presenti dimittit.

V. 4. Hoc autem totum factum est. Correctores non iudicarunt omittendum totum.

V. 7. Et imposuerunt super eos vestimenta sua. Non mutes pronome plurale eos cum singulare eū.

V. 9. Hosanna filio David. Cane legas quintum casum 6 fili, ut quidam, loco tertii filio.

V. 17. Ibique manit. Superfluit quod subiiciunt quidam libri & docebat eos de regno Dei.

V. 27. Ait illis & ipse. Non est omittendum medium illud & quod etiam græce legitur.

Ibidem. Nec ego dico vobis. Non est legendum futurum dicam, sed præsens dico.

V. 28. Fili, vade, hodie operare in vinea mea. Non mutes imperatiuum operare, cum infinitiu operari, nec sextum casum cum quarto vineam meam.

V. 31. Dicunt ei: Primus. Non omittas pronomen ei, multoq' minus, pro primus, substitutas contrarium nouissimum, quod olim quidam.

Ibidem. Precedent vos in regnum Dei. Preferendum est quartus casus regnum, sexto regno.

V. 32. Venit enim ad vos. Non legas autem pro enim.

V. 33. Et adificauit turrim. Non addas in medius eius, quod quidam est *Isa.* 5. v. 2.

V. 37. Verebuntur filium meum. Quod quidam adiiciunt adiuerbius fortisan, *Luca* est cap. 20. v. 13.

V. 41. Qui reddant ei fructum. Non mutes præsens coniunctivi reddant, cum futuro indicatiui reddent.

C A P. XXII. v. 1. Dixit iterum in parabolis eis, dicens. Non postponas pronomen eis particípio dicens.

V. 3. Et misit seruos suos. Non commutes numeros plurale cum singulari seruorum suum, quie est Euangelij secundum *Lucam*, cap. 14. v. 17.

V. 4. Tauri mei & altilia occisa sunt. Non omittas verbum substantiuum sunt.

V. 13. Ligatis manibus & pedibus eius. Non præponas pedes manus, quod quidam.

V. 14. Multi enim sunt vocati. Non est legendum autem aduersariatum, pro enim rationali.

V. 15. Ut caperent eum in sermone. Non est substituendum antecedens Iesum, loco pronominis eum.

V. 17. Licet eensus dare Cœfari, an non? Non est mutandum actiuum dare cum passiu dari.

V. 20. Sed erunt sicut angeli Dei in celo. Correctores præulerunt futurum erunt, quod respondet præcentibus, presenti sunt.

C A P. XXIII. v. 13. Vé autem vobis. Non est omittenda coniunctio autem.

Ibidem. Quia clauditis regnum celorum ante homines. Non subiicias pronomen qui pro coniunctione quia.

V. 14. Vé vobis Scribæ & Pharisæi hypocrite,

quia comeditis domos vidua rum, orationes lengas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Et si hic verificulus videatur *Marcus* & *Luca* proprius esse: non tamen iudic arunt. Correttores hic expungendum esse.

V. 16. Quicumque iuraverit per templum. Non addas Dei.

V. 19. Cæci, quid enim maius est. Non preponas hic stulti & quædam modum supra v. 17.

V. 21. Iurat in illo, & in eo quæ habitat in ipso. Non est legendum antecedens templo pro relativio ipso.

V. 25. & 26. Calicis & paropsis. Alij loco valis quartæ scribunt primam paropsis: utroque enim modo vox effertur. Simile infra 26. v. 23.

V. 29. Qui adificari sepulchra. Hic qui legitur latine, tametsi græce sit coniunctio quia.

V. 34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas. Non adicias dico vobis post ideo.

V. 37. Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. Non addas pronomen suas.

C A P. XXIV. v. 12. Et quoniam abundavit iniurias. Præteritum abundavit præferendum est futuro abundabit.

V. 23. Ecce hic est Christus aut illic. Non repetas ecce ante illic.

V. 30. Cum virtute multa & maiestate. Non est commutandum multa cum magna, quod *Luca* est.

V. 33. Scitote quia prope est in ianuis. Non est interiiciendum & ante in ianuis.

V. 34. Non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. Non est omittendum, vel posteriori loco, pronomen hæc.

V. 36. Neque angeli celorum, nisi solus Pater. Non interponas neque filius, quod *Marcus* prouium est.

V. 41. Dubius molentibus. Subiiciunt multi libri codices Duo in lecto, unus assumer, & unus relinqueret: sed non est *Matthæi*, verum *Luca*, quædam modum clarè docuimus in Notationibus nostris in variis Bibliorum lectiones.

V. 43. Quæ hora fur venturus esset. Non mutes optatiuum est, cum indicatiui est.

V. 44. Quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Quidam scribunt quia qua horanoputatis: sed illud *Luca* est cap. 12. v. 40.

V. 47. Super omnia bona sua constituet eum. Non omittas nomen bona.

C A P. XXV. v. 12. Vigilate itaque. Quod quidam libri adiungunt & orate, non est huius loci.

V. 22. Ecce alia duo literatus sum. Sic legendum est hoc loco: nam vigissimi versus est verbum, non simplex, sed compositum, superlucratus.

V. 27. Oportuit ergo te. Non interponas & ante te.

V. 31. Et omnes angeli cum eo. Non addas pronomen eius nominis angelii.

V. 41. Tunc dicit & his. Omittenda est vox rex, quam quidam interiiciunt.

C A P. XXVI. v. 2. Et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Non est hic subiungenda interrogatio nota.

V. 11. Me autem non semper habetis. In aliis libris est futurum habebitis.

V. 23. At ipse respondens ait. Legenda est ad ueritatem at non copulativa &c.

V. 25. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit. Non est interponenda coniunctio & ante dixit.

V. 28. Hic est enim sanguis meus. Nequaquam commutes pronomen masculinum hic cum neutrino hoc.

Ibidem. Qui pro multis effundetur in remissione peccatorum. Malè quidam legunt vobis pro multis: nam vobis *Luca* est cap. 22. v. 20. Porro estis græce sit præsens effunditur: Latinus tandem interpres futurum dedit; nec simplex fundetur, sed compositum effundetur, quale est græce.

V. 29. Sed sicut tu. Non est addendum verbum vis.

V. 40. Sic non potuistiis una hora vigilare mecum? Quidam libri collocant interrogatio notam post adiuerbius sic: nonnulli pro plurali potuistiis, habent singulare potuisti; sed hoc quidam male.

V. 45. 46. Ecce appropinquauit. Neutro horum locorum commutandum est præteritum appropinquatio cum futuro appropinquabit.

V. 50. Amice, ad quid venisti. Retinendum est quid interrogatiuum, non substituendum quod relatiuum.

# ROMANAЕ CORRECTIONES

V. 53. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo. *Hoc postremo loco legendum est aduerbum modò, non reijcendum in anterioria.*

V. 59. Principes autem sacerdotum. *Non commutes plurale principes, cum singulari princeps.*

V. 61. Et post triduum redificare illud. *Nec hic commutes verbum compositum redificare cum simplici edificare.*

V. 63. Sit ues Christus filius Dei. *Non addas viui, quod est alterius loci, suprà 16. v. 16.*

V. 67. Alij autem palmas in faciem eius dede- runt. *Non substituas alapas pro palmas.*

V. 71. Vidi eum alia ancilla. *Non est omitten- da vox alia, ut pote ab Interpretate data.*

V. 72. Quia non noui hominem. *Versu. 74. le- gitur, quia non nouisest hominem.*

V. 73. Et post pusillum accelerarunt. *Non addas ad eum.*

V. 75. Verbi Iesu quod dixerat. *Non est legen- dum verbi quod dixerat ei Iesus, quod est Euange- lij secundum Marcum.*

C A P . X X V I I . v . 3. Principibus sacer- dotum & senioribus. *Merito hic omessa est vox po- puli, ut & in fr. v. 12.*

V. 15. Vnum vincitum quem voluissent. *Sic legendum est numero plurali, non singulari vo- lueret.*

V. 17. Quem vultis dimittam vobis, Barab- bam, an Iesum qui dicitur Christus? *Quidam o- lim adscriperunt Iesum etiam ante Barabbam; sed male.*

\* V. 32. Excentes autem. *Ita legendum est ver- bum compositum excentes, non simplex eentes.*

Ibidem. Hominem Cyrenaeum. *Non addas venientem obuiam fibi, aut venientem de villa, quod quidam ex Marco & Luca huc translu- terunt.*

V. 33. Qui dicitur Golgotha. *Quarta vocali, non prima, legunt secundam syllabam vocis Gol- gotha, libri meliores.*

V. 37. Hic est Iesus. *Non addas Nazarenus, hoc enim Iohanni proprium est cap. 19. v. 19.*

V. 40. Vah qui destruis. *Non est omittenda in- teriectio vah.*

V. 42. Descendar nunc de cruce, & credimus ei. *Non mutes præsens credimus in futurum cre- demus.*

V. 43. Confidit in Deo: liberet nunc si vult eum. Pronomen cum adiunctum verbo vult, ex insigni Romanorum Patrum correptione, non est regicendum in anterioria, ita ut adiungatur verbo liberet, quod faciunt plerique libri.

V. 46. Eli, Eli. Non legas addita o vocali, Eloi, Eloi, hoc enim est Marci, illud Matthai.

V. 61. Erat autem ibi. *Non mutes singulare erat in plurale erant.*

C A P . X X V I I I . v . 3. Et vestimentum eius sicut nix. *Singulare vestimentum, non ver- tas in plurale vestimenta, multoq[ue] minus ad- das facta sunt alba, quod non est huius loci, sed suprà 17. v. 2.*

V. 7. Ecce præcedit vos in Galileam. *Non est mutandum præsens præcedit cum futuro præ- cederet.*

Ibidem. Ecce prædixi vobis. *Non legas ter- tia persona sicut dixit vobis, quod Marci est cap. 16. v. 7.*

V. 17. Quidam autem dubitauerunt. *Non ad- das pronomen corum.*

V. 19. Euntes ergo docete. *Non mutes ergo cum autem.*

## M A R C V S .

C A P . I . v . 6. Et erat Iohannes vestitus pi- clis camelii. *Legendum est numero singula- ri camelii, non plurali camelorum.*

V. 7. Venit fortior me post me. *Cave legas fu- turum veniet pro præsenti venit.*

V. 10. Et spiritum. *Non addas sanctum, quod fruſtrā quidam.*

V. 15. Et appropinquauit regnum Dei. *Noneft legendum futurum appropinquabit, sed præteri- tum, ut secundum Matthæum.*

V. 24. Venisti perdere nos? *Non est addendum ante tempus, quod quidam hic adscriperunt ex Matth. 8. v. 29.*

V. 27. Etiam spiritibus immundis imperat. *Pro etiam, quadam manuſcripta legunt &, quod est equalens: quidam neurum legunt, male.*

C A P . I I . v . 1. Et iterum intrauit Caphar-

naum post dies. *Spurium est, quod additur in qui- busdam libris, octo.*

V. 2. Et conuenerunt multi. *Non addas con- festim.*

Ibidem. Ita ut non caperet neque ad ianuam. *Singulare caperet præferendum est plurali ca- perent.*

V. 8. Iesus spiritu suo. *Non legas sancto pro suo.*

V. 16. Manducat & bibit magister vester? *Non faciliter omittas tò magister vester, et si græc non le- gatur.*

V. 22. Alioquin dirumpet vinum vtræ, & vi- num effundetur, & vtræ peribunt. *Non sunt mu- tanda futura, dirumpet, effundetur, cum pra- sentibus, tametsi græc lectis.*

Sequitur: Sed vinum nouum in vtræ nouos mitti debet. *Quod sequitur in quibusdam libris, & ambo conseruantur, est Euangelij secundum Mattheum.*

V. 24. Ecce quid faciunt. *Non addas discipu- li tui.*

V. 26. Nisi sacerdotibus. *Nec hic addas solis, quod non est huius Euangelij.*

Sequitur: Et dedicat eis qui cum eo erant. Deni- que nec hic addas alterum & ante qui.

C A P . I I I . v . 6. Excentes autem Pharisæi statim. *Non est proponendum aduerbum statim nō mini Pharisæi.*

V. 8. Etrauis Iordanem. *Non intericias pra- positionem de.*

V. 9. Vt nauicula sibi deferirent. *Malè legitur in quibusdam libris vt in nauicula sibi deferirent, addita prepositione, mutatoq[ue] numero singulari cum plurali.*

V. 14. Et vt mitteret eos prædicare. *Non addas Euangelium, quod quidam.*

V. 21. Et cum audirent sui. *Nequaquam ad- das discipuli, quod inepte quidam.*

C A P . I V . v . 1. Et iterum cepit docere. *Non interponas nomen Iesu.*

V. 8. 20. Vnum triginta, vnum sexaginta, & v- num centum. *Interpres, secundum Marcum usus est numero cardinali, secundum Mattheum ordi- nali.*

V. 10. Parabolam. *Non mutes singulare plu- rali parabolas, nec addas exponere.*

V. 19. Et sine fructu efficitur. *Non est legendum numero plurali efficiuntur.*

V. 20. Et vnum centum. *Non addas qui habet aures audiendi, audiat.*

V. 22. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur. *Non mutes manifestetur cum reueletur.*

Sequitur: Nec factum est occultum, sed vt in palam veniat. *Ex Mattheo, & præscriptum Luca, correverunt quidam, quod non in palam.*

V. 24. Et adjicetur vobis. *Immerito omittun- tur à quibusdam hac verba.*

V. 28. Deinde plenum frumentum in spica. *Pro frumentum non est scribendum fructum, nomen generale.*

V. 29. Et cum produxerit fructus. *Plerique omnes libri addunt pronomen sc. ante fructus.*

V. 32. Et cum feminatum fuerit, aſſendit. *Mat- lè legitur in quibusdam libris natum pro feminatum, quod est, satum: nec minus male additur in arbore, quod ex Mattheo, aut potius Luca, huc esse adscriptum, indubium est.*

V. 36. Assumunt eum ita vt erat in nau. *Qui- dam codices latini legunt erant numero plurium, sed male.*

C A P . V . v . 8. Dicebat enim illi. *Noneft ad- dendum Iesu, sed subaudiendum.*

V. 11. Grex porcorum magnus, pascent. *Quod subsequitur quibusdam in libris in agris, trans- fodiendum est.*

V. 13. Grex precipitatus est in mare ad duo milia. *Non addas erant autem quasi, ante ad duo milia.*

V. 15. Et veniunt ad Iesum. *Non mutes præ- sens veniunt cum præterito venerunt.*

Ibidem. *Vestitum & sanæ mentis. Non addas cum qui habuerat legione, tametsi græc le- gatur.*

V. 19. Et non admisit eum. *Quidam, loco &, scribunt Iesu autem: quidam permisit loco admisi- tis: veriam hoc minus recte.*

V. 21. Et cum transcendisset. *Non scribas ad- scandensit pro transcendensit.*

V. 34. Ille autem dixit ei. *Noneft legendum no- men Iesu loco pronomini illi.*

V. 35. Veniunt ab archisynagogo. *Sic legendum est sexto casu, ex correctione Sextina: non est ad-*

*dendum nunti, nec scribendum quarto casu, mū- tata prepositiva, ad archisynagogum.*

V. 40. Etingreditur ubi puella erat. *Præ- ferendum est singulare ingreditur plurali ingre- diuntur.*

V. 41. Talitha cumi. *Multi libri erroneè, pro talitha, tabitha scribunt, id est, b prol, mutam pro liquida; summa erroris occasione ex simili hi- storia Act. 9. v. 40. Atqui voces diuersæ sunt: nam tabitha, quod est Luca, capream; talitha, quod Marci, puellam significat, ipsi Euangelijs Interprebus.*

V. 42. Et obstupuerunt stupore magno. *Non in- terpenas omnes.*

V. 43. Et dixit dari illi manducare. *Vt non est mutandum dixit cum iussit, ita non infinitiuus da- ri cum imperatio date.*

C A P . VI . v . 3. Nónne hic est faber. *Non est legendus genitiuus fabri, pro nominatiuo faber.*

V. 5. Et non poterat ibi virtutem villam facere. *Marcieſ virtutem villam; Matthei virtutes mul- tas, cap. 13. v. 58.*

V. 11. Et quicunque non receperint vos nec audierint vos. *In iuria omitunt libri quidam hac verba vos nec audierint vos.*

V. 13. Et vngabant oleo multos ægros & san- bant. *Pro actio plurali sanabant, non est sub- stituum, vel passuum sanabant, vel singu- late sanabat.*

V. 21. Herodes natalis sui coenam fecit. *Pro na- talis sui, non supponas in natali suo.*

V. 25. Periuit, dicens. *Non mutes præteritum petuit in presens petit.*

V. 27. Sed misio ſpiculatore. *Non addas con- festim.*

V. 28. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco. *Nequaquam omittenda hac verba sunt.*

V. 37. Date illis vos manducare. *Non est negli- gendum pronomen vos.*

V. 48. Et videns eos laborantes in remigando. *Nō mutes participium videns cum præterito vidit.*

C A P . VII . v . 3. Tenentes traditionem se- niiorum. *- Non mutes singulare cum plurali tra- ditiones.*

V. 4. Et à foro, nisi baptizentur. *Noneft adi- cendium participium venientes voci foro.*

V. 5. Pharisæi & Scribe. *Superfluit participium dicentes, quod quidam subiungunt.*

V. 8. Tenetis traditionem hominum. *Præferen- dum est singulare plurali traditiones.*

V. 9. Benè iritum facitis preceptum Dei. *Non est mutandum præsens facitis cum præterito fecistis.*

V. 19. Quia non intrat in cor eius. *Neq[ue] hic mu- tes præsens intrat in præteritum introit.*

V. 31. Ad mare Galilæa, inter medios fines De- capoleos. *Non interponas quæ aut quod est inter.*

V. 37. Et furdos fecit audire & mutos loqui. *Noneft omittenda coniunctio & vel priori loco.*

C A P . VIII . v . 1. Cùm turba multa esset. *Non addas cum Iesu.*

V. 10. Venit in partes Dalmathia. *Pro Dal- manutha, non supponas Magedan, quod Mat- thei est cap. 15. v. 39.*

V. 12. Si dabatur generationi isti signum. *Non est surrogandum aduerbum non in locum coniunc- tionis si.*

V. 19. Quot cophinos fragmentorum plenos sustulisti? *Non est his verbis præponenda coniunc- tio &, ex aliis plerique libris.*

V. 20. Quando & septem panes. *Hic plu- res codices omittunt medium coniunctionem &, male.*

V. 28. Iohannem Baptistam. *Superfluit nomen alii, quod quidam præponunt.*

V. 32. Cœpit increpare eum. *Quod subiungunt quidam libri Dicens, Domine propitiœſeo tibi, nam hoc non erit tibi, redundant: Matthæi enim proprium est.*

V. 37. Aut quid dabat homo commutationis pro anima sua? cap. 16. v. 26.

V. 38. Qui enim me confusus fuerit & filius hominis confundetur eum. *Pro confusus fue- rit & confundetur, verbis à confusione pro pudore accepta deducti, quidam vitiosè scribunt, confus- sis fuerit, confitebiur, verbis deductis à confessio- ne, accepta pro agnitione. Errori causam dede- re, tum in foliis Interpretis phrasis, tum loca Mat- thæi 10. v. 32. & Luc. 12. v. 8.*

# IN LATINIS BIBLIIS.

Ibidem. Cum angelis sanctis. Spurium est pronomen suis, quod quidam adiiciunt, quidam pro sanctis substituerunt.

V. 39. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia sunt quidam de his stantibus &c. Recete Correctores Romani versiculum hunc adiunxerunt octauo capiti, à quo plerique codices inchoant caput nonum, minus congrue.

C A P. I X. v. 1. Et post dies sex assumit. Non mutes praesens preterito assumit.

Ibidem. Et ducit illos in montem excelsum scorsum solos. Male est in quibusdam codicibus primus casus solus pro quarto solos.

V. 4. Et faciam tria tabernacula. Quidam omittunt & coniunctionem; male.

V. 14. Et currentes salutabant eum. Sic legendum est prima vocali, non quarta occurrentes, quod est, currentes obuiam.

V. 18. Qui respondens eis dixit. Non mutes plurale eis cum singulare ei.

V. 32. Qui cum domi escent. Neque hic mutes plurale essent singulari esset.

V. 34. Si quis vult primus esse, erit omnium noissimus. Non addas quasi ante omnium.

V. 36. Non me suscipit, sed cum qui misit me. Redundat solum, quod quidam addunt ante suscipit.

V. 39. Qui enim non est aduersus vos, pro vobis est. Non sunt substituenda pronomina pri-  
ma personae, nos, nobis, pro secunda, vos, vobis.

V. 40. Calicem aquae. Non addas frigidae, quod Matthaei est cap. 10. v. 42.

V. 43. Abscede illam. Non corrigas, addita n li-  
tera abfcide. vide Matth. 5. v. 30.

V. 48. Omnis enim igne salietur. Non est inter-  
ponenda vox homo.

C A P. X. v. 5. Ad duritiam cordis vestri scri-  
psit vobis. Non addas Moyses.

V. 7. Propter hoc relinquet homo patrem suum. Non preponas his verbis & dixit, quod Matthaei est cap. 19. v. 5.

V. 11. Adulterium committit super eam. Cae-  
ne ne pronomen eam commutes cum nomine  
terrarium.

V. 15. Quisquis non receperit regnum Dei ve-  
lut parvulus. Quidam male pro regnum sub-  
stituunt verbum sue sermonem.

V. 17. Et cum egressus eset in viam. Non mu-  
tes casum quartum cum sexto via.

Ibidem. Rogabat eum: Magister bone. Non in-  
terioris participium dicens.

V. 20. Magister haec omnia obseruauit. Non hic  
addas epitheton bone.

V. 28. Et copit ei Petrus dicere. Superfluit ad-  
verbium pothec, quod additur à quibusdam.

V. 32. Erquentes timebant. Non addas pro-  
nomen eum, multoq; minus supponas dicebant pro  
timebant.

V. 35. Ut quodcumque petierimus. Merito o-  
missum est atque, quod subiungunt quidam.

V. 38. 39. Baptismo quo ego baptizor. Non mu-  
tes baptismo casum sextum, in quartum baptis-  
mum aut baptisma, quod multi.

V. 40. Non est meum dare vobis. Romani Pa-  
tres non iudicarunt auferendum pronomen  
vobis.

C A P. XI. v. 1. Et cum appropinquarent  
Ierosolymæ. Retinendus est numerus pluralis,  
non substituendus singularis appropinquaret.

Ibidem. Mittere duos ex discipulis suis. Non mu-  
tes presens mitit cum preterito misit.

V. 2. Inuenietis pullum ligatum. Voci pullum  
non addas asinum, ex Luca.

V. 3. Et si quis vobis dixerit. Superfluit aliquid,  
quod quidam addunt.

V. 5. Et quidam de illic sanctibus dicebant il-  
lis. Legendum est dicebant, numero plurali, non  
dicebat singulari.

V. 6. Erdimiserunt eis. Alij pro tertio casu eis  
legunt quartum eos.

V. 18. Timabant enim eum. Non mutes con-  
iunctionem causalem enim, cum aduersatim  
vero.

V. 22. Habete fidem Dei. Male à quibusdam  
libris omittitur vox Dei.

V. 23. Tollere & mittere in mare. Nequaquam  
mutanda sunt imperativa passiva cum actibus  
tolle & mitte.

V. 33. Et respondens Iesus ait illis. Non omittas  
coniunctionem & propositum.

C A P. XII. v. 1. Et circumdedit sepem. Non  
addas pronomen ei.

V. 14. Nec enim vides in faciem hominum.

Vt non est omittenda prepositio in, ita non mu-  
tandus numerus pluralis hominum in singula-  
rem hominis.

V. 15. Qui sciens versutiam illorum. Quidam  
libri, pro versutiam legunt simulationem, ex alia  
versione.

V. 16. At illi attulerunt ei. Hic legitur attule-  
runt, secundum Matthaeum obtulerunt.

Ibidem. Cuius est imago hac & inscriptio? Secundum Matthaeum verit superscriptio, hic in-  
scriptio.

V. 25. Sed sunt sicut angeli in celis. Non est  
hic addenda vox Dei, qua Matthaei est cap. 22.  
v. 30.

V. 34. Et nemo iam audebat eum interrogare.  
Non addas amplius.

C A P. XIII. v. 19. Erunt enim dies illi  
tribulationes tales. Legendas est nominatio pluralis  
tribulationes, non genitivus singularis tribu-  
lationis.

V. 20. Breuiavit dies. Prateritum preferendum  
est futuro breuiabit.

V. 22. Et dabunt signa & portenta. Hic porten-  
ta, secundum Matthaeum prodiga, legit latina e-  
ditio incorrupta.

V. 26. Venientem in nubibus. Non addas celi.

V. 28. Cognoscitis quia in proximo sit astas.  
Non mutes indicatiuum cognoscitis cum impera-  
tivo cognoscite.

C A P. XIV. v. 2. Dicebant autem: Non in  
die festo. Preferenda est coniunctio autem conju-  
ctione causaliter.

V. 3. Et cum esset Bethania. Vi non est addendum  
nomen Iesu, ita non omittendum Be-  
thania.

Ibidem. Vnguenti nardi spicati pretiosi. Re-  
tinendum est spicati à spica deductum, non mutan-  
dum cum pistici, à pistis.

V. 4. Et dicentes: Vt quid perditio ista? Non est  
omittenda copulativa &.

V. 7. Semper enim pauperes habetis vobiscum.  
Præsens habetis non est hic mutandum in futurum  
habebitis; ut nec in verbis sequentibus Me autem  
non semper habetis.

V. 8. Qued habuit haec, fecit. Cae-nes scribas  
neutrūm hoc pro faminino haec.

Sequitur: Preuenit vngere corpus meum in  
sepulturam. Sernandus est quartus casus sepul-  
tum, non variandum in sextum.

V. 14. Vbi est refectio mea? A quibusdam lib-  
bris adiatur & diuersorum metu: quod ex Luca  
huc transcripsit sciolus, ignorans eiusdem rei al-  
teram esse interpretationem.

V. 21. Si non eset natus. Sic lege secundum  
Marcum; secundum Matthaeum autem, si na-  
tus non fuisset.

V. 25. De hoc genimine vitis. Multi antiqui  
codices omittunt pronomen hoc.

V. 27. Omnes scandalizabimini in me in nocte  
ista. Non auferas in me.

Ibidem. Et dispergenturones. Non est addendum  
grecis, quod Matthaei est cap. 26. v. 31.

V. 29. Etsi omnes scandalizati fuerint in te. Non  
est omittendum postremum in te.

V. 34. Sufficit hinc & vigilare. Non addas me-  
cum, quod non est huius loci, sed Matth. 26. v. 38.

V. 37. Non potuisse una hora vigilare? Necho-  
nius locis est mecum, sed Matth. 26. v. 40.

V. 43. A summis sacerdotibus & scribis. Non est  
præponendum vel addendum participium nulli.

V. 47. Vnus autem quidam de circumstantibus.

Non omittas pronomen quidam.

V. 52. At ille reicta sindone. Non mutes reie-  
cta cum relicta.

V. 53. Etoquenerunt omnes. Non interponas  
in unum.

V. 55. Quidam aduersus Iesum testimo-  
niu: Non addas falsum, quod solius Matthaei  
est cap. 26. v. 59.

V. 58. Ego dissoluam templum hoc. Non com-  
mutes futurum cum presenti dissoluo.

Ibidem. Et per triduum. Quidam legunt &  
post triduum: sed Matthaei est post cap. 26. v. 61.,  
Marci per.

V. 68. Et gallus cantauit. Non est addenda vox  
statim, que est alterius loci.

V. 69. Rursus autem cum vidisset illum ancilla.  
Vox alia, quam hic addunt quidam codices, ex  
Matthaeo accepta est, cap. 26. v. 70.

C A P. XV. v. 6. Vnum ex vincit. Hac est  
lectio editionis nostræ secundum Marcum: nam se-  
cundum Matthaeum est vnum vincit.

V. 8. Sicut semper faciebat illis. Male suppletur

hic locus in quodam manuscripto per diem sole-  
nem, ut dimittere vnum vincit.

V. 15. Etradidit Iesum. Non hic addas pro-  
nomen eius.

V. 20. Ut crucifigerent eum. Non hic omittas  
pronomen eum, quamvis minus necessarium.

V. 25. Erat autem hora tertia. Cae-nes scribas  
sexta pro tertia.

V. 29. Et in tribus diebus rededicas. Non ad-  
das pronomen illud, sed subaudias.

V. 40. Erant autem & mulieres. Nec addendum  
est adverbium ibi, nec legendum est ibi pro &.

V. 44. Interrogavit eum. Non est legendum  
præteritum imperfectum interrogabat, pro per-  
fecto.

C A P. XVI. v. 7. Quia precedit vos in  
Galileam. Non magis hic quam secundum Mat-  
thaeum, mutandum est præsens precedit, cum  
futuro precedet.

Ibidem. Sicut dixit vobis. Cae-nes primam  
personam dixi pro tertia dixit, tametsi Matthaeus  
scribat Ecce prædicti vobis.

V. 9. Surgens autem manu. Non addas Iesus.

V. 14. Nouissime recumbentibus illis undecim  
apparuit. Nec hic addas nomen Iesus, ut nec pau-  
lopot à mortuis, ubi dicitur qui viderant eum  
reurrexisse.

## L V C A S.

C A P. I. v. 8. Cuius sacerdotio fungeretur.  
Non addas Zacharias.

V. 28. Ave gratia plena. Non est inter-  
ponendum nomen Maria.

V. 30. Inuenisti enim grariam apud Deum. Non  
est omittenda coniunctio enim, nec mutandum  
Deum cum Dominum.

V. 35. Ideoque & quod nasceretur ex te sanctum.  
Non est auferendum medium illud ex te.

V. 54. Recordatus misericordiae sua. Non mu-  
tes participium recordatus, cum verbo memorari.

V. 66. Quis putat puer iste erit. Non mutes mas-  
culinum quis cum neutro quid.

C A P. II. v. 4. In ciuitatem David. Non  
omittas propositionem in.

V. 7. Quia non erat eis locus in diuersorio. Re-  
tinendum est pronomen plurale eis, non mutandum  
cum singulari ei.

V. 11. Quia natus est vobis hodie salvator. Nec  
omittendum est secunda persona pronomen vobis,  
nec mutandum cum primo nobis.

V. 13. Multitudo militie celestis. Pro militie  
non substituas exercitus, nec coniungas utrumque  
militie celestis exercitus.

V. 14. Gloria in altissimis Deo. Non mutes al-  
tissimi cum excelsis.

V. 15. Quod factum est, quod Dominus of-  
fendit nobis. Nequaquam legendum est, quibus-  
dam additis. Quod factum est, quod fecit Dominus,  
noscit et ostendit nobis.

V. 21. Ut circumcidetur puer. Non omittas  
adverbium prius.

V. 26. Nisi prius videret. Neque hic omittas  
adverbium prius.

V. 33. Et erat pater eius & mater mirantes. In-  
terpres dedit singulari erat, non plurale erant: di-  
xitque pater eius & mater, non, ut quidam corri-  
gunt, Ioseph & Mater eius.

V. 37. Et hec vidua vsque ad. Non est addendum  
verbum substitutum erat.

V. 38. Qui exspectabant redemtionem Israel.  
Pro faminino redemtionem, nullo modo legendum  
est masculinum redemptorem.

V. 40. Et confortabatur. Non addas spiritu:  
Ibidem. Et gratia Deicerat in illo. Non substi-  
tuas cum pro in.

V. 50. Et ipsi non intellexerunt verbum. Non  
est omittendum & verbum.

V. 51. In corde suo. Non præponas partici-  
pium conferens, quod quidam, acceptum ex ver-  
bu superiori 19.

C A P. III. v. 9. Iam securis ad radicem arbo-  
rum posita est. Non mutes singulare radicem, cum  
plurali radice; multoq; minus plurale arborum,  
cum singulare arboris.

V. 16. Veniet autem fortior me. Non addas,  
postime, quod Marci est cap. 1. v. 7.

V. 19. De Herodiade uxore fratris sui. Non ad-  
das latine Philippi.

V. 22. In te complacui mihi. Pro prima perso-  
na complacui, est in aliis plerisque libris tertia  
complacuit.

# ROMANAЕ CORRECTIONES

- V. 31. Qui fuit Melea. Non sribas Melcha. *Singulare ei prefertur plurali eis, quod ab aliis legitur.*
- C A P. I V. v. 1. Regressus est à Iordan. Non est mutandum regressus est, quod est reuertit, cum egressus est sive exiit.
- Ibidem.* Et agebatur à spiritu in desertum. Non mutes à cum in, neque quartum casum desertum in sextum deserto.
- V. 2. Et consummatis illis esuriit. Non addas postea.
- V. 7. Tu ergo si adoraueris. Non hic addas procedens, quod ex Matthæo quidam.
- V. 9. Super pinnam templi. Matthæus est pinaculum, *Lucæ* pinnam.
- V. 14. Et regresus est Iesus. Ita legendum est regresus, quod est reversus, non egressus aut ingressus. *Simile supra v. 1.*
- V. 23. Quanta audiuimus. Non est præmittendum Dixerunt Pharisæi ad Iesum.
- V. 27. Et nemo cōrū mundatus est. Non addas à lepra.
- V. 28. Et repleti sunt omnes in synagoga ira. Non est omitendum illud in synagoga.
- V. 34. Scio te quis sis, sanctus Dei. Non est mutandum relatiuum quis in coniunctionem quia.
- V. 36. Imperat immundis spiritibus. Non est auferendum epitheton immundis.
- C A P. V. v. 17. Et virtus Domini erat ad sanandum eos. Malè quidam libri pro eos pronomine, legunt nomen infirmos.
- V. 20. Quorum fidem vt vidit. Non addas nomen Iesu, tametsi syriacè legatur.
- V. 22. Quid cogitatis in cordibus vestris. *Quidam libri adiunt mala, malè: nam Matthæi illud, non Lucæ est.*
- V. 26. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabit Deum. *Nullo modo omitenda hac sunt.*
- V. 32. Non veni vocare iustos. Non addas coniunctionem enim, quam quidam.
- V. 35. Cū ablatus fuerit ab illis sponsus. Nec hic præponas coniunctionem &c.
- C A P. VI. v. 4. Quos non licet manducare. Preferendum est præsens licet, præterito imperfecto licebat.
- V. 10. Erestituta est manus eius. Non addas sanitati.
- V. 11. Quidnam facerent Iesu. Non præponas præpositionem de ante nomen Iesu.
- V. 17. Et descendens cum illis. *Huius loco quidam legunt. Et descendens Iesu de monte, quod ex officio ecclesiastico acceptum esse clarum est.*
- V. 24. Quia habetis consolationem vestram. Preferenda est coniunctionis quia relatiuum qui.
- V. 26. Væ cum maledixerint vobis homines. Nec post vñ adiicias alterum vobis; nec ante homines præponas omnes.
- Ibidem.* Secundum hanc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. *Vt non est omitenda coniunctionis enim: ita nec vox prophetis subfusca est, pro contraria pseudoprophetis, id est, falsis prophetis, quod quidam hic faciunt, ex loco simili supra v. 23.*
- V. 33. His qui vobis benefaciunt. Sic legendum est, non ut quidam, his qui vos diligunt.
- V. 38. Eadem quippe mensura. Non legas vero pro quippe.
- V. 42. Ipse in oculo tuo trahem non videntes. Nolimutare participium videns cum verbo vides.
- V. 45. De malothrauro. Non repeatas cordis sui.
- V. 46. Quid autem vocatis me. Non legas enim pro autem.
- V. 48. Fundam enim erat supra petram. Non addas firmam.
- C A P. VII. v. 3. Et saluaret seruum eius. Multi codices legunt sanaret.
- V. 27. Hic est de quo scriptum est. Non addas enim, quod quidam ex Matthæo.
- V. 28. Qui autem minor est in regno Dei. Secundum Matthæum est in regno calorum.
- V. 32. Cantauimus vobis tibiis. Non est hic omitenda vox tibiis, vt secundum Matthæum.
- V. 33. Venit enim Iohannes. Non mutes enim cum autem.
- V. 37. Quod accubuissest in domo Pharisæi. Non est addenda vox Iesu.
- V. 44. Et capillis suis terfit. Pro suis, non scribas capitii sui, tametsi ira sit græce.
- V. 45. Hæc autem ex quo intravit. Retinenda est persona tertia intravit, ex correctione Romana, nequaquam admittenda prima intrauit.
- C A P. VIII. v. 3. Quæ ministrabant ei.
- gendum per loca arida: est enim Euangelij secundum Matthæum.
- V. 36. Siergo totum corpus tuum. Non est omitenda vox totum.
- V. 42. Sed ut vobis Pharisæis. Non est mutandum datius Pharisæis cum vocatio Ipharisei. Sequitur: Quia decimatis mentham. Preferenda est coniunctionis quia relatiuum qui.
- V. 46. Quia oneratis homines. Idem est de hoc loco iudicium.
- V. 51. A sanguine Abel. Non addas iusti, quod Matthæi est cap. 23. v. 35.
- V. 53. Cū autem haec ad illos diceret. Non omittas coniunctionem autem.
- C A P. XI. v. 1. Multis autem turbis circumstantibus. Non legas concurrentibus.
- V. 2. Nihil autem opportum est. Non est preferenda coniunctionis causalis enim continuatur in autem.
- V. 27. Considerate lilia. Non addas agri, quod quidam ex Matthæo 6. v. 28.
- V. 30. Hæc enim omnia gentes mundi inquirunt. Non est legendum autem pro enim.
- Ibidem.* Quoniam his indiget. Superfluit vox omnibus, quam quidam interiiciunt.
- V. 35. Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Non iudicarunt Romani Patres hoc omitendum in manibus vestris.
- V. 41. Ait autem ei Petrus. Non omittas pronomen ei.
- V. 43. Quem cū venerit Dominus. Interpres non addidit pronomen eius, tametsi legatur græce & syriacè.
- V. 44. Verè dico vobis. Non est hic legendum amen pro verè, sed secundum Matthæum.
- V. 47. Et non præparauit. Non est addendum pronomen sic, licet forte subaudiendum.
- V. 49. Et quid volonis ut accendatur? Non est hic omitenda coniunctionis vt.
- V. 54. Dicebat autem & ad turbas. Non auferas medium & pro etiam possum.
- V. 58. Ne forte trahat te ad iudicem. Non hic legendum est tradat, pro trahat, sed mox tradat exactori.
- C A P. XIII. v. 4. Sicut illi decem & octo. Nec præponas nec postponas coniunctionem & adverbio sicut.
- V. 5. Sed si penitentiam non egeritis. Hic egeritis, supra v. 3. habueritis, dixit Interpres.
- V. 15. Hypocritæ, vnuquisque vestrum. Preferendum est plurale hypocritæ, singulari hypocrita.
- V. 18. Et cui simile æstimabo illud. Pro simpli ciæstimabo, non legas compositum existimabo.
- V. 24. Quærent intrate & non poterunt. Non est mutandum futurum quærent cum præsenti querant.
- V. 25. Incipietis foris stare. Non est præponenda coniunctionis & verbo incipietis.
- V. 27. Omnes operari iniquitatis. *Huius loco non est scribendum maledicti in igne æternum.*
- V. 30. Et ecce sunt nouissimi, qui erunt primi, & sunt primi, qui erunt nouissimi. Non mutetur crux erit hic repetitum, in præteritum imperfatum erant.
- V. 34. Et lapidas eos qui mittuntur ad te. Non varies præses mitiatur in præteritum miseri sunt: hoc enim Matthæi, illud Lucæ est.
- V. 35. Ecce reliquæ vobis. Non omittas pronomen vobis.
- C A P. XIV. v. 12. Neque vicinos diuites. Non est interiendum alterum neque, ante diuites.
- V. 14. In resurrectione iustorum. Non scribas retributione pro resurrectione.
- V. 15. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Non mutetur manducabit cum præsenti manducat.
- V. 27. Et qui non baiulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus. Negquam omittendum est iste versiculos, prout a quibusdam omittitur.
- V. 28. & 31. Non prius sedens. Preferendum est non, ipsi nonne, quod quidam habent.
- V. 34. Si autem euauerit. Non addas quoque.
- C A P. XV. v. 8. Si perdiditerit drachmam vnam. Non est præmittenda & eos in coniunctione.
- Ibidem.* Et euerit domum. Ita recte emendant Romanii Correcione, euerit, quod est, scopus mandat (quo modo Interpres cædem ipsam vocem græcam veritatem supra, 11. v. 25.) pro eo quod plerique omnes libri habent euerit, quod est, turbat. Vocum similitudo depravatione in doctrina prebeat.

Ibidem. Donec inueniat. Non addas eam.  
V. 14. Et postquam omnia consummasset. Non  
scribas consumfisfer tercia coniugationis, pro con-  
summasfer prima, quamquam hoc per illud recte  
explicetur.

V. 19. Iam non sum dignus. Non preponas &  
coniunctionem.

V. 24. Et coepurunt epulari. Non est addendum  
omnes.

V. 28. Pater ergo illius. Non mutes ergo cum  
autem.

V. 31. At ipsis dixit illi. Non est legenda con-  
iunctio copulativa & loco aduersatua at.

C A P. X V I . v. 1. Et ad discipulos. Non o-  
mittas & pro etiam positum.

V. 6. At ille dixit. Non est mutandum pre-  
teritum dixit cum presenti dicit.

V. 11. Quod verum est quis crederet vobis? Noli  
scribere credat, pro futuro crede; multoq; ini-  
minus veſtrū, pro verum, quod opponitur ini-  
quo, quemadmodum verſu proximo veſtrum a-  
lieno opponitur.

V. 18. Omnis qui dimittit vxorem suam. Non  
preponas coniunctionem &.

V. 21. Et lingebant veſtra eius. Seruandum  
est veſtra, quod est ēkyn, non substituendum vul-  
nera.

C A P. X V I I . v. 3. Si peccauerit in te frater  
tuus. Non auferas medium illud in te.

V. 7. Seruum arantem aut paſcentem. Quod se-  
quitur, in quibusdam libris oues, in quibusdam  
boves, ſuperfluuit utrumque, quamquam prius  
melius fit.

V. 28. Similiter ſicut factum eſt. Non eſt omit-  
tendum aduerbiuſ ſicut.

V. 31. In illa hora, qui fuerit in teſto. Non  
commutes hora cum die.

C A P. X V I I I . v. 9. Parabolam iſtam. Non  
ſubdas dicens.

V. 13. Deus propitius eſto mihi peccatori. Mi-  
nime addendum eſt Amen.

V. 15. Quod cum viderent diſcipuli. Non eſt  
mutandum neutrum quod cum maſculino quoſ.

V. 28. Ait autem Petrus. Nō addas pronomeni.

V. 31. Aſſumti autem Iefuſ duodecim. Nec hie  
addas diſcipulos ſuos, quod quidam ex Maſthao.

V. 35. Cū appropinquaret Iericho. Poſtremo  
ne hic interſicias novem Iefuſ.

C A P. X I X . v. 8. Dixit ad Dominum. Non  
ſubſtituas Iefuſ poſt Dominum.

V. 9. Eo quod & ipſe filius fit Abrahæ. Non eſt  
omittendum &.

V. 23. Cum viris vtique exigillē illam. Non  
mutes familiū illam cum neutrō illud.

V. 29. Et factum eſt cum appropinquaſſet. Non  
ſubijicias nomen Iefuſ.

V. 30. Itē in caſtellum quod contra eſt. Voci  
contra non eſt addendum pronomen vos, quod ex  
prioribus Euangelijſtis quidam huic adſcripserunt.

V. 37. Coepurunt omnes turba diſcipulorum.  
Inſignis correcțio, diſcipulorum, quod eſt diſcen-  
tium, (vt & in quibusdam libris diſcentium le-  
gitim) pro deſcedentiam, quod eſt in plerisque.

V. 46. Quia domus mea domus orationis eſt.  
Hic legitur eſt; ſecundum Maſthaeum & Mar-  
cum vocabitur.

C A P. X X . v. 3. Interrogabo vos & ego.  
Non legas praefens interrogando loco futuri.

V. 9. Homo plantauit vineam. Boni libri omit-  
tunt quidam.

V. 10. Et in tempore. Quidam addunt vinde-  
mixt aut fructum: verū hac ex commentario  
in textum irreſtrunc.

V. 21. Et non accipis personam. Non eſt adden-  
da vox hominis.

V. 26. Et mirati ueroſpoſio eius. Non legas nu-  
mero plurali reſpoſioſ.

V. 30. Etiſe mortuus eſt sine filio. Non mutes  
numerum ſingularem in pluralem filiis.

V. 32. Nouissimè omnium. Non commutes  
aduerbiuſ cum nomine nouissima.

V. 35. Neque rubet neque ducent uxores.  
Pro futuris non ſubſtituas praefens, nubunt,  
ducunt.

V. 36. Neque enim vtrā mori poterunt. Non  
eſt omittenda coniunctione enim.

C A P. X X I . v. 8. Et tempus appropinquau-  
it. Futurum appropinquabit nequaquam ſur-  
rogandum eſt in locum preteriti.

V. 11. Et signa magna erunt. Non addas &  
tempeſtates ſue hyemis, quod quidam olim ſub-  
iunxerunt.

V. 17. Et eritis odio omnibus. Superfluuit, quod

in quibusdam libris ſequitur, hominibus.

V. 20. Tunc ſcitoſe quia appropinquauit deſlo-  
ri eius. Non eſt legendum numero ſingula-  
ri ſcito, nec futuro tempore appropinquabit.

V. 36. Fugere iſta omnia qua futura ſunt. Non  
legas ventura pro futura.

V. 38. Et omnis populus manicabat ad eum.  
Quia inſolens eſt vox manicabat, quidam man-  
marunt cum manicabat, quidam cum mane ibat,  
quidam cum mane accelerabat, quidam denique  
cum dilucido veniebat. his enim modis exponen-  
da eſt ea vox.

C A P. XX II . v. 13. Sicut dixit illis. Non  
eſt addendum nomen Iefuſ.

V. 19. Quod pro vobis datur. Non eſt ſcriben-  
dum tradetur pro datur: nam tradetur ex Aſto-  
lo 1. Corinth. 11. v. 24. acceptum eſt.

V. 20. Hic eſt calix nouum testamentum. Ma-  
lē legunt quidam ſecundo caſu noui testamenti.

V. 31. Ait autem Dominus: Simon, Simon.  
Non mutes priorem vocatum Simon cum dati-  
o nō ſimoni.

V. 34. At ille dixit. Non eſt mutanda coniun-  
ctio aduersatua at cum copulativa &.

V. 36. Sed nunc qui habet ſacculum, tollat. Non  
ſubſtituas, pro imperatiuo tollat, futurum indica-  
tius tollerat.

V. 37. Dico enim vobis. Quidam pro enim  
ſcribunt autem male.

V. 43. Apparuit autem illi angelus de celo,  
confortans eum: & factus in agonia, prolixius ora-  
bat. 44. Erfactus eſt fidor eius, ſicut guttæ ſan-  
guinis recurrentis in terram. Hi duo verſiculi, re-  
mē olim à quibusdam omittiſſe eſt.

V. 63. Et viri qui tenebant illum. Non mutes  
pronomen illum, cum nomine Iefuſ.

V. 64. Et percutiebant faciem eius. Non legas  
caput pro faciem.

Ibidem. Prophetiza, quis eſt. Non interponas  
nobis Christe, quod Matthei eſt cap. 26. v. 68.,  
non Luca.

C A P. XX III . v. 5. Commouet populum.  
Non mutes praefens in preteritum commouit.

Ibidem. Incipiens à Galilea viſque huc. Non  
preponas coniunctionem copulativa &.

V. 9. At ipſe nihil illi reſpondebat. Ut non eſt  
mutandum aduersatuum at cum copulativo &, ita  
non omittendum pronomen illi: ſed neque au-  
tem vertendū in etiam, aut partitū accu-  
fantes in verbum accusabant, ubi ſequitur: Sta-  
bant autem principes ſacerdotum & ſcribæ con-  
ſtanter accuſantes eum.

V. 15. Nam remiſi vos ad illum. Nequaquam  
ſurrogandum eſt, verbum tartia perſone remiſiſ,  
in locum prima remiſi, neque pronomen prima per-  
ſone, in locum ſecunda vos, in ueroſe verborum  
ordine, ad hunc modum: Nam remiſi illum ad  
nos; quo modo in quibusdam codicibus legitur.

V. 16. Emendatum ergo illum dimittam. Virtus  
librarii, quidam libri habent pronomen ego, pro  
coniunctione ergo.

V. 35. Et ſtabat populus ſpectans. Retinendum  
eſt verbum ſimplex ſpectans, quod eſt adſpiciens  
ſeu contemplans, non ſubſtituendum compoſi-  
tum ex ſpectantibus.

Ibidem. Si hic eſt Christus Dei electus. Non le-  
gas verbum unicum dilectus, pro diuobus Dei elec-  
tus, ut quidam.

V. 36. Offerentes ei & dicentes. Non omittas &  
coniunctionem.

V. 40. Quod in eadem damnatione eſt. Quia  
obſcurius dixerat Interpres quod ex ori, quidam  
mutarunt cum quia, alijs cum qui.

V. 41. Nam digna factis recipimus. Non mutes  
praefens recipimus cum preterito recipimus.

V. 45. Et obſcuratus eſt ſol. Loco horum ver-  
borum, quidam olim ſcriperunt ſole deficiente;  
audacter nimis.

C A P. XX IV . v. 12. Linetamina ſola po-  
ſita. Non eſt omittendum ſola.

V. 39. Videte manus meas & pedes. Non repe-  
tas pronomen meos.

V. 44. Quoniam necelle eſt impleri omnia.  
Paffium impleri, malē quidam in actuum ver-  
tunt, implere.

V. 49. Et ego mitto promiſum Patriſ mei in  
vos. Non mutes praefens mitto, cum futuro  
mitram.

V. 53. Amen in fine huius Euangeliſ delen-  
dum non eſt.

## I O H A N N E S .

C A P. I . v. 3. Et sine ipſo factum eſt nihil,  
quod factum eſt, in iplo vita erat. Conſul-  
tum, ut & precedentibus iungi poſſit, & ſub-  
ſequentibus.

V. 9. Venientem in hunc mundum. Non omittas  
pronomen hunc.

V. 15. Hicerat quem dixi. Non mutes imper-  
fectum eſt cum praefens eſt.

V. 18. Ipſe enarravit. Non eſt mutandum ver-  
bum compofitum cum ſimplici narrauit.

V. 29. Altera die vidit Iohannes. Retinendum  
eſt preteritum vidit, non vertendum in praefens  
vider.

Ibidem. Ecce qui tollit peccatum mundi. Sin-  
gulare peccatum non eſt commutandum cum plu-  
rali peccata.

V. 42. Filius Iona. Non ſcribas Iohanna aut  
Iohannis triffyllabum, pro Iona diſſyllabo, hoc  
quidam loco.

V. 45. Quem ſcripit Moyses in lege, & pro-  
phetat. Cauelegas & prophetis ſexto caſu,

C A P. II . v. 2. Vocatus eſt autem & Iefuſ.  
Non omittas medium &.

V. 3. Dicit mater Iefuſ ad eum. Praefens dicit le-  
gendum eſt, non preteritum dixit, cum hoc ver-  
ſu, tum ſequentibus omnibus de nuptiis.

V. 9. Miniftri autem ſciebant qui hauerant  
aqua. Cuonē ſcribas coniunctionem quod pro  
reſtatuo qui.

V. 22. Quia hoſcidebat. Non addas de corpo-  
re ſuo.

C A P. III . v. 2. Hic venit ad Iefum nocte.  
Non ſcribas pronomen eum loco nominis Iefuſ.

V. 17. Filium ſuum in mundum. Non omittas  
in mundum.

V. 20. Omnis enim qui malē agit, odi lucen-  
t. Non mutes aduerbiuſ male cum nomine mala.

V. 22. In terram Iudeam. Alij, conuerto or-  
dinē, ſcribunt in Iudeam terram.

V. 31. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra  
loquitur. Non eſt omittendum medium illud de ter-  
ra eſt, ſine integrē, ſine quod ad prepositionem de.

V. 33. Qui accepit eius testimonium. Non ad-  
da coniunctionem autem, nec mutes preteritum  
accipit in praefens accipit.

V. 36. Non videbit vitam. Non addas eternam.

C A P. IV . v. 4. Per Samarium. Superfluuit  
quod quidam libri addant medium.

V. 6. Hora erat quaſi ſexta. Merito omitta eſt  
coniunctione autem.

V. 18. Et nunc quem habes. Male quidam ad-  
uerbiuſ nunc mutarunt cum pronomine hunc.

V. 30. Exiunt ergo de ciuitate. Non eſt omittenda  
ergo coniunctione.

V. 33. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem. Huc  
non eſt adiendiū pronomen eius.

V. 34. Et faciam voluntatem eius qui misit me.  
Non eſt ſupponendum nomen patris mei, pro prono-  
mine eius.

V. 36. Et congregat fructum in vitam ete-  
nam. Non eſt addendum relatiuum qui.

V. 37. In hoc enim eſt verbum verum. Non red-  
undat coniunctione enim.

V. 41. Et multo plures crediderunt in eum. Non  
omittas rō in eum.

V. 51. Et nunc iauerunt dicentes. Non addas  
pronomen ei.

C A P. V . v. 2. Est autem Ierosolymis proba-  
tica pifcina. Non iudicarunt Romani Correctores  
prponendam prapositionem ſuper vel in voci pro-  
batica, quod multi faciunt.

Sequitur: Quia cognominatur. Non ſcribas pre-  
teritum imperfectum cognominabatur, pro pre-  
ſentiſ.

Ibidem. Bethſaïda. Quidam libri impressi ba-  
bent Bethſaïda, ſed ex gracie, non dubium, conſulto  
mutati. Lege Notationes noſtræ in varias Biblio-  
rum lectiones.

V. 9. Et statim fanus factus eſt homo ille. Non o-  
mittas vocem homo.

V. 10. Qui fanus fuerat. Participium fanatus  
non eſt commutandum cum nomine fanus.

V. 24. Erat iudicium non venit. Non ſcribas  
futurum veniet pro praefensi venit.

Sequitur: Sed tranſit à morte in vitam. Pro  
preterito tranſit, quidam habent praefens tranſit,  
quidam futurum tranſit: ſed futurum omnino  
reſciendit eſt.

V. 27. Et potestatem dedit ei iudicium facere.

\*\*\*\*\* Non

# ROMANAЕ CORRECTIONES

*Non addas & aut etiam ante iudicium.*  
V. 30. Non possum ego à meipso facere quidquam. Pro ego pronome, male à quibusdam substituitur coniunctio ergo: quinetiam male mox praeponit coniunctio sed, ante. Sicut audio iudico: ut & in fine versus, superflue additur nomen patris.

V. 36. Quæ dedit mihi pater. Non omittas pronomen mihi.

V. 41. Et non accipitis me. Non commutes praesens accipitis, cum præterito accepisti.

C A P. VI. v. 3. Subi ergo in montem. Non est legendum abit pro subi.

V. 10. Dixit ergo Iesus: Facite. Non mutes præteritum dixit in praesens dicit.

V. 13. Ex quinque panibus ordeaceis. Non addas & duobus pīcibis: quod quidam.

V. 21. Ad terram in quam ibant. Non omittas in, nec mutes cum ad.

V. 23. Gratias agente Domino. In signis emendatio, qua ablatiūs agente & vox Domino, restituunt, in locum nominatiūs agentes & vocis Deo, qua & plerisq; virtuosè legantur.

V. 28. Ut operemur opera Dei. Non addas bona.

V. 33. Panis enim Dei est. Non est mutanda vox Dei cum voce verus.

V. 36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. Vt non est scribendum praesens videatis pro præterito vidistis: ita nec præteritum credidistis, pro praesenti creditis.

V. 37. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Non legas praesens venit pro futuro veniet.

V. 39. Hac est autem voluntas eius. Coniunctio autem non est mutanda cum enim, hoc certe loco.

Ibid. Non perdam ex eo. Non addas quidquain.

V. 43. Nolite murmurare in inuicem. Non est omittenda propositio in.

V. 45. Est scriptum in prophetis. Non legas prouerbii pro prophetis.

V. 65. Qui silent non credentes. Non auferas negationem medium.

V. 70. Etnos credidimus & cognovimus. Non est mutandum præteritum credidimus cum praesente credimus.

Sequitur: Quia tu es Christus filius Dei. Non addas epitheton viui.

V. 71. Responditeis Iesus. Nec hic addas coniunctionem ergo, aut verbum & dixit.

C A P. VII. v. 4. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Pro imperato manifolda, caue legis praesens indicatiūs manifesta.

V. 8. Ego autem non ascendo ad diem festum istum. Aduerbiū neganai non, haud commutandum est cum aduero temporis nondum, vt neque praesens ascendo cum futuro ascendam.

V. 25. Nónne hic est quem querunt interficerere? Non addas Iudai.

V. 26. Et ecce palam loquitur. Non est omittendum &, nec mutandum cum atqui, sed ita exponentum.

V. 29. Ego scio eum, quia ab ipso sum. Quæ his verbi premitunt complures libri. Ego autem scio eum, & si dixerit quia nec scio eum, ero summis vobis mendax, & obelisco angulanda sunt, viqua non huius sit loci, sed sequitur capitulo 8. v. 55.

V. 32. Et misericordiū principes. Non addas sacerdotum ex graco.

Ibidem. Vt apprehenderent eum. Non substituas nomen Iesum pro pronomine eum.

V. 33. Et vado ad eum qui me misit. Non mutes pronomen eum cum nomine patrem.

V. 34. & 36. Querentis me. Non videtur scribendum praesens queritis, pro futuro queritis.

V. 39. Nondum enim erat spiritus datus. Particulū datus, nec omittendum latine est, nec mutandum cum nomine sanctus.

V. 46. Sicut hic homo. Non addas loquitur, sed subandia è proximo.

V. 52. A Galilæa propheta non surgit. Retinendum latine est praesens surgit, non communandum, vel cum præterito surrexit, vel cum futuro surget.

C A P. VIII. v. 6. Hoc autem dicebant tentantes, Singulare hoc preferendum est plurali hæc, quod est in multis libris.

V. 9. Audientes autem. Non subiectas pronomen hæc.

Ibidem. Etremsans folus Iesus. Non omittas nomen Iesum.

V. 11. Vade & iam amplius noli peccare. Nec hic omittas aduerbiū iam.

V. 24. Mortuimini in peccatis vestris. Bis hoc legitur isto versu, semel plurali numero in pecca-

tis vestris, iterum singulari in peccato vestro.

V. 25. Principium qui & loquor vobis. Non facile mutandum est, relatum masculinum qui, in neutrū quod, aut in coniunctionem quia vel quid. Consulantur Notationes nostra in variis Bibliorum lectiones.

V. 27. Quæ patrem eius dicebat Deum. Nec hic facile omittenda est vox Deum.

V. 29. Et non reliquit me solum. Retinendum est præteritum reliquit, pro praesenti relinquit, quod est in quibusdam libris.

V. 33. Responderet ei. Non addas ergo.

V. 38. Ego quod vidi apud patrem meum. Non facile omittendum est pronomen meum.

V. 42. Ego enim ex Deo processi. Non scribas pronomen eo loco nominis Deo.

V. 54. Quia Deus vester est. In aliis codicibus est prime personæ pronomen nostrum.

C A P. IX. v. 4. Venit nox. Non mutes praesens venit cum futuro veniet.

V. 8. Itaque vicini. Non addas pronomen eius.

V. 1. Vade ad natatoria Siloe. Plurique libri, prouero plurali, natatoria, scribunt femininum singulare natatoriam.

V. 30. In hoc enim mirabile est. Non est omittenda coniunctio enim.

C A P. X. v. 8. Omnes quotquot venerunt. Non est addendum ante me, quod quidam addiderunt ex quibusdam libris græcis.

V. 9. Ego sum oltum. Non addas ouium, quod non est huius verus, sed septimi superioris.

V. 14. Etcognolo meas. Non incriicias nomen oues, quod quidam.

V. 17. Utiterum sumam eam. Non mutes coniunctionem causalem ut cum copulativa &.

V. 26. Quia non estis ex oibus meis. Non subiectas feci dixi vobis, quamvis græc & syriac addatur.

V. 29. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Quidam libri mutant neutrum genus cum masculino, qui dedit mihi, maior omnibus est, sed ex graco variati.

Sequitur: Et nemo potest. Non est addenda coniunctio ideo.

V. 31. Suffulerunt ergolapides Iudei. Vt non est omittenda coniunctio ergo, ita nec addendum aduerbiū iterum.

V. 36. Vos dicitis, quis blasphemas. Sic legendum est, secundâ personâ, blasphemas.

C A P. XI. v. 1. De castello Marie & Martæ sororis eius. Retinendum est numerus singulare sororis, non subiectendum pluralis sororum.

V. 8. Nunc quererant te Iudei lapidare. Non mutes lapidare cum interficerere.

V. 13. Quia de dormitione somni diceret. Non scribas dupliciti, somni.

V. 15. Et gaudeo propter vos. Non est mutandum & copulativum cum adversatio sed.

V. 16. Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Nec hic mutandum est vt causativa, cum & copulativa coniunctione.

V. 20. Martha ergo vt audiuit. Rursus quidam libri commutant ergo cum autem, male.

V. 29. Surgit citio. Pro praesenti surgit non est substitendum præteritum surrexit.

V. 32. Non est mortuus frater meus. Supradictum est hic verborum ordo: Frater meus non fuit mortuus.

V. 45. Et viderant quæ fecit Iesus. Non faciliter omittendum est nomen Iesus.

V. 47. Concilium, & dicebant. Non interponas aduersus Iesum.

Sequitur: Quid facimus. Non est mutandum praesens facimus cum futuro faciemus.

V. 48. Et tollent nostrum locum & gentem. Quidam libri, geminata coniunctione, legunt & locum & gentem: sed errant qui illam collocant ante pronomen nostrum.

C A P. XII. v. 3. Nardi pistici. Recentiores quidam libri, qui pro neutro pistici, legunt femininum pistica, ex graco mutati sunt.

V. 6. Eaqua mittebant portabat. Malequidam, simplex verbum portabat, mutarunt cum compagno exportabat.

V. 7. Vt in diem sepulture meæ seruet illud. Recentiores quidam libri, omissa vt coniunctione, scribunt præteritum seruant, pro praesenti subiectum seruet, vt græca editioni respondet. Non est enim editionis germana lectio, prima illa est, in qua nec mutandum est quartus casus diem cum sexto die.

V. 19. Ecce mundus totus post eum abiit. Legendum est præterito tempore abiit, non praesens abiit.

V. 28. Venit ergo vox de celo. Non subdas dicens.

V. 42. Verumtamen & ex principibus. Non est omittendum medium &.

C A P. XIII. v. 2. Iam miserit in cor. Non addas Iudæ.

Ibidem. Iudas Simonis Iscariota. Non mutes genitum Iscariotæ cum nominativo Iscariotes.

V. 5. Deinde mittit aquam in peluum. Nec hic mutes presens mittit cum præterito misit.

V. 7. Scies autem postea. Non est omittenda coniunctio autem.

V. 8. Si non lauore te, non habebis partem mecum. Non commutes futurum habebis, cum praesenti habes, tametsi praesens legatur græce.

V. 12. Et accepit vestimenta sua: cum recubuerit. Prima coniunctio &, non est transversa in medium sententia, ante cum recubuerit.

V. 18. Qui manducat mecum panem. Causas legas meum pro mecum.

V. 38. Animam tuam pro me pones? Non legas praesens ponis, pro futuro pones; nec affirmando, quod in interrogando legendum est.

C A P. XIV. v. 1. Non turbetur cor vestrum. Ut his verbis non est preponendum & ait discipulis suis, ita non est postponendum neque formiderit, quod est, non huius loci, sed verius 27. subiectus.

V. 6. Ego sum via & veritas & vita. Non omittas priorem coniunctionem &.

V. 9. Philippe, qui videt me, videt & patrem. In quibusdam libris legitur præterito tempore, Qui videt me, videt & patrem, quemadmodum græce.

V. 17. Quia non videt eum. Hic neutrum mutandum est praesens videtur in præteritum videt.

Ibidem. Quia apud vos maneat. Neque hic mutes futurum manebit in praesens manet.

V. 19. Vos autem videtis me. Terito nec hic facile mutes oportet praesens videtur in futurum videtis.

C A P. XV. v. 2. Toller eum. Hoc loco retinendum est futurum tolleret, non subiectum praesens tollit.

V. 6. Et arescet, & colligent eum, & in ignem mittent. Similiter hic, futura fernanda sunt, non subiectum praesenta. Porro singulare pronomen, quidam variant in pluribus eos. Singulare pronomen, respondet verbo singulare, quod sequitur in Sixtinis & aliis multis libris, & ardenti plurale plurali, quod similiter in multis est libris, & ardenti. Lege Notas nostras in variis lectiones quatuor Evangeliorum latines.

V. 21. Sed haec omnia facient vobis. Non omittas omnia.

V. 26. Spiritum veritatis. Interpres dedit quartum casum, quem græca patiuntur, non primum spiritus.

V. 27. Et vos testimonium perhibebitis. Non mutes futurum cum praesens perhibetis: nam praesens græc, futuri loco est.

C A P. XVI. v. 7. Expedit vobis vt ego vadam. Non est interponendum & ante ego.

V. 9. Quia non crediderunt in me. Propräterito crediderunt, quidam legitur praesens credunt.

V. 13. Docet vos omnem veritatem. Fuit optimus quorundam librorum lectio. Deducet vos in omni veritate; sed ex alia versione summa.

V. 16. Modicum & iam non videbitis me. Interpres intellexit, praesens videtis, quod est græc, futuri loco positum.

V. 19. Cognovit autem Iesus. In quibusdam libris pro autem legitur ergo.

Ibidem. Quia dixi. Non addas vobis.

V. 22. Et gaudium vestrum nemo tolleret à vobis. Non est mutandum futurum tolleret, cum praesenti tollit, tametsi græc sit praesens.

V. 23. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Pro simplici rogabitis, non scribas compositum interrogabitis.

V. 27. Quia vos me amatis. In aliis libris, pro præterito, est praesens amatis.

V. 32. Et non sum solus. Non addas tamen.

C A P. XVII. v. 1. Vt filius tuus clarificet te. Quidam libri interponunt & ante filius.

V. 20. Sed & pro eis. Hic non omittas &.

V. 21. Sicut tu pater in me. Hic non addas & ante tu.

C A P. XVIII. v. 11. Non bibam illum? Transfiendi dñe est, quod quidam libri addunt, vis vt: Non vis vt bibam illum?

V. 13. Erat enim socer Caiphæ. Non legas autem pro enim.

V. 20. Ego palam locutus sum mundo. Non addas in prepositionem.

V. 22. Unus assilens ministrorum. Non est mutandus nominatus assilens cum genitivo assilentium.

V. 28. Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Causa, mutata præpositione, scribas quartuſto casu ad Caipham, pro sexto à Caipha.

C A P. XIX. v. 3. Et dabat ei alapas. Quidam pro alapas legunt palmas, quomodo vertit. Interpres Matth. 26. v. 67.

V. 4. Exiit ergo iterum Pilatus. Non omittas ergo.

V. 12. Et exinde quærebatur. Nec hic omittas & coniunctionem.

Ibidem. Omnis enim quis se regem facit. Denique nec hic omittas enim.

V. 13. Lithofrotos. Causa legas Lichoſtros, tercia alphabeui litera.

V. 16. Et eduxerunt. Non addas pronomen eum, quod quidam libri.

V. 25. Stabant autem iuxta crucem Iesu. Non legas singulare itabat, pro plurali itabant.

V. 26. Et discipulum stantem. Non omittas particiūpum stantem, sed neque mutes cum compoſito adstantem.

V. 27. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Legendum est neutrū plurale sua, prout Romani Correc̄tores iudicarunt, non fāmīlīnum singulare suam, olim fusē docuimus in Norationibus nostris.

V. 30. Et inclinato capite tradidit spiritum. Quod sequitur in quibusdam exemplarib⁹. Cū autem exspirasset, velum templi scissum est à summo usque deorsum, superfluit, ex prioribus Euangeliis huc adserit.

V. 40. Erigauerunt illud linteis. Neutrū illud probatum est Romanis Patribus, præ masculino cum.

V. 42. Posuerunt Iesum. Non mutes antecedens Iesum cum pronomine eum.

C A P. XX. v. 1. Et vidit lapidem sublatum à monumento. Pro sublatum non legas reuolutum: hoc enim est priorum Euangeliorum.

V. 2. Tulerunt Dominum. Non addas pronomen meum, quod huic loco non quadrat, sicut quadrat infra v. 13.

V. 19. Et stetit in medio. Nō addas discipulorū.

V. 31. Quia Iesus est Christus filius Dei. Causa omittas nomen Christus.

Ibidem. Vitam habecatis. Non addas æternam.

C A P. XXI. v. 1. Postea manifestauit se iterum Iesus discipulis. Non est omittenda vox discipulis.

V. 4. Quia Iesus est. Non mutes nomen Iesus cum pronomine ipse.

V. 6. Mittite in dexteram. Non addas ergo.

Ibidem. Misericordia. Nec hic addas nomen recte, sed subuidas.

V. 8. Non enim longe erant à terra. Non est mutandus numerus pluralis erant cum singulari erat.

V. 13. Et accipit panem & dat eis. Non sunt scribenda præterita accepit, dabit, pro presentibus, accipit, dat.

V. 14. Manifestatus est Iesus discipulis suis. Non omittas pronomen suis.

V. 15. 16. 17. Simon Iohannis. Non commutes Iohannis trisyllabum cum dissyllabo Iona hoc loco.

V. 18. Extendes manus tuas. Non mutes futurum indicatiui, cum presenti coniunctiu ex tendas.

V. 23. Et non dixit ei Iesus. Non moritur. Non addas quia ante non moritur.

## ACTVS APOSTOLICVS

C A P. I. v. 4. Et conuescens præcepit eis. Causa legas conuersans pro conueſcens.

V. 15. Erat autem turba hominum simul. Correc̄tores non probarunt illam quorundam emendationem, qui pro hominum scripterunt nōmīnum, tamē si nōmīnum, sit grāce.

C A P. II. v. 4. Et ceperunt loqui variis linguis. Non scribas aliis pro variis.

V. 22. Sicut & vos scitis. Non est omittendum medium &c.

V. 23. Per manus iniquorum affigentes intermisſis. Pro affigentes, quod est, crucifigentes, errore excusum est in exemplari Roriano, addita ualittera, affigentes, quod est, tribulantes.

V. 33. Effudit hunc quem vos videris. Non scribas neutro genere hoc dōnum quod, pro masculino hunc quem.

C A P. III. v. 11. Cū tener autem Petrum. Causa legas videret, aut plurale tenerent, pro singulari teneret.

V. 12. Quia nostra virtute aut potestate. In multis libris est pietate pro potestate.

V. 18. Deus autem quā prænunciavit. Retinendum est neutrū plurale quā, non subſtituendum masculinū singulare qui.

C A P. IV. v. 2. Et annūciarent in Iesu resurrectionē ex mortuis. Non mutes ablativū Iesu in accusativū.

V. 8. Principes populi & seniores audite. Non facilē omittendum est verbum audite.

V. 24. Tu es qui fecisti. Nec hic verbum subſtantiuſ es.

V. 36. Qui cognominatus est Barnabas. Causa pro Barnabas, legas Barsabas, id est, si semiuocalem pro n̄ liquida.

C A P. V. v. 3. Dixit autem Petrus. Non addas ad Ananiam aut ad eum.

V. 15. Et liberarentur ab infirmitatibus suis. Verbo liberarentur non est adiiciendum nōmen omnes.

V. 36. Et redacti ad nihilum. Potius scriben- dum est plurale redacti, quam singulare redac- tūs est.

V. 39. Siverò ex Deo est, non poterimus disſol- vere illud. Neutrū illud, non est mutandum in masculinū eos.

V. 40. Ne omnino loquerentur. Correc̄tores addiderunt omnino.

C A P. VI. v. 5. Et Nicanorem & Timo- nēm. Pro Timonem non scribis Timotheum, no- men discipuli Pauli.

C A P. VII. v. 5. Sed reprobis. Gr̄cum & positum est loco sed, more hebraico.

V. 14. Et omnem cognitionem suam. Non est omittendum pronomen suam.

V. 35. Quis te constituit principem & iudicem. Loconomius trisyllabi iudicem, non oportet scri- bēre dissyllabum ducem.

V. 44. Tabernaculum testimonij fuit cum pa- tribus nostris in deserto. Non est omittenda præ- positio cum.

V. 48. Sicut propheta dicit. Pro propheta non scribas per prophetam.

V. 51. Vos semper Spiritui sancto resistitis. Non mutes præsens resistitis in præteritū resistitis.

V. 55. Et filium hominis stantem à dextris Dei. Non addas virtutis ante Dei.

V. 60. Obdormiuit in Domino. Patres non in- dicarunt prætermittendum illud in Domino.

C A P. VIII. v. 11. Propter quod multo tem- pore magis suis dementias et eos. Pro substantiuo magis, non est legendum adiectiuum magicis, nec addendum artibus.

V. 12. De regno Dei in nomine Iesu Christi. Præpositionem in alijs mutant in coniunctionem &

V. 36. Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Neutrū quid commutandum haudeſt cum mas- culino quis.

C A P. IX. v. 7. Et ibi diceretur tibi. Correc̄tores addiderunt adverbium ibi, tum hoc versu, tum 9. proximo. Et erat ibi tribus diebus.

V. 20. Et continuo in synagogis prædicabat Iesu. Adverbio continuo non ſuoycias ingressus, nec mutes ablūtūm synagogis in accusativū.

V. 23. Consilium fecerunt in vnum Iudei. Non facile omittas in vnum.

V. 25. Accipientes autem eum discipuli nocte. Non addas pronomen eius nomini discipuli.

V. 32. Dum pertransiret viueros. Non est au- ferenda præpositio per, ex verbo pertransiret.

V. 34. Acne, fanate Dominus Iesus Christus. Praesens indicatiui sanat non est vertendum in praesens imperatiui saner.

V. 38. Cū autem propè esset Lydda ad Iop- pen. Alij, mutata præpositione, scribunt abla- tūm ad Ioppe; parvo discriminē.

C A P. X. v. 4. Quid est Domine. Multi, mu- tatis genere neutrū in masculinū, & persona teria in secundam, legunt. Quis es Domine, mi- nus recte.

V. 15. Quod Deus purificauit. Non mutes fin- gulae quod in qua plurale.

V. 25. Et procidens ad pedes eius adorauit. Non subſcribas pronomen eum.

V. 41. Postquam resurrexit à mortuis. Quod se- quiuit in quibusdam libris per dies quadraginta superfluit.

C A P. XI. v. 23. In proposito cordis. Aly- libri omittunt prepositionem.

V. 25. Profectus est autem Barnabas Tarsum. Non auferas nomen Barnabas.

C A P. XII. v. 4. Tradens quatuor quater- monibus militum custodiendum. Nec priore par- ticipio addas coniunctionem tradensque: nec poſte- rior prepositionem cum pronomine ad custodiendū eum.

V. 13. Processit puella ad audiendum. Pro audiendum non subſtituas videndum, quod est, ad- ſpicendum.

V. 16. Cū autem aperiuissent. Non addas ostium.

C A P. XIII. v. 7. Cui nōmen erat Bariesu. Legendū est Bariesu, non, dema ſemiuocaliſ, Barie.

V. 21. Et dedit illis Deus Saul. Non est omittendum nōmen Deus.

V. 33. Quoniam hanc Deus adimpleuit filiis noſtris. Pro noſtris prima perſona, non scribas veſtris ſecundū, ne ſuis terția, nec deniq; Irael.

Ibidem. Sicut & in psalmo ſecondū ſcriptum est. Non facile, vel omittas ſecondū, vel mutes cum primo: qua de re legere licet Norationes noſtrās.

V. 37. Quem vero Deus fuſcitatuit à mortuis. Patres non iudicarunt auferendum illud à mortuis.

V. 38. Et ab omnibus, quibus non potuistiſ. Non est prætermittenda preposta his verbis coniunctione &.

V. 43. Et colentium aduenarum. Non addas participio colentium nōmen Deum.

C A P. XIV. v. 2. Aduersus fratres. Non sub- jicias Deus autem pacem fecit.

V. 6. Et ibi euangelizantes erant. Non facile addenda ſunt ſubsequentia in quibusdam codicibus verba: Et commota est omnis multitudine in doctrina eorum: Paulus autem & Barnabas mora- bant Lystris.

V. 9. Surge ſuper pedes tuos rectus. Nec hic verbi facile præponenda ſunt bac: Tibi dico, in nomine Domini noſtri Iesu Christi.

V. 16. Implens cibo & lætitia corda noſtra. Non mutes noſtrā prima perſona in veſtra ſe- cunda..

V. 18. Lapidanteſque Paulum. In quibusdam libris legitur & lapidato Paulo, explicationis gratia.

V. 24. Et loquentes verbum Domini in Perge. Non est mutandus ablativū in accusativū Pergen.

C A P. XV. v. 23. Scribentes per manus eo- rum. Non ſubjicias, quod quidam, epistolam con- tinentem hac, ſuperfluit enim.

V. 38. Et non illerū cum eis in opus. Nec hic ad- dendum est quō missi fuerant.

V. 41. Præcipiens custodiare præcepta Apoſtolo- rum & ſeniorum. Hac verba à veteribus manu- ſcriptis minimè prætermittuntur, quamvis grāce abſent.

C A P. XVI. v. 1. Peruenit autem Derben. Non interiaria prepositionem in.

Ibidem. Filius mulieris Iudeæ fidelis. Obserua- tu digna correc̄tio, qua pro nomine appellatio vi- duæ, reponitum est nōmen proprium Iudeæ.

V. 12. Eramus autem in hac vrbe diebus ali- quo conferentes. Alij boni librilegunt confiteſtes.

V. 22. Et magistratus, ſcillis tuniciſ eorum. Non est preponenda coniunctione & participio ſcillis, nec eorum mutandus cum ſuis.

V. 29. Procidit Paulo & Silas ad pedes. Legen- dum est præteritū procidit, à cado, non præſens procedit, à cedo.

C A P. XVII. v. 4. Et de coletibus gentili- busque. Correc̄tores addiderunt coniunctionem encliticam vocis gentilibus.

V. 17. Ad eos qui aderant. Pro aderant, ab ad- sum, non scribas aderant ab adeo, multo minus audierant ab audio.

V. 18. Quid vult ſeminuerbiſ hic dicere? Vox una ſeminuerbiſ, formata ad ſimilitudinem grāce & ſequorōy, non est circumſcribenda dua- bus ſeminari verborum.

V. 22. Per omnia quasi ſuperſtitioſiores vos vi- deo. Comparatiuſ ſuperſtitioſiores, non est mu- tandus in poſitiuſ ſuperſtitioſos.

C A P. XVIII. v. 4. Et diſputabat in syna- goga per omne ſabbatum, interponens nōmen Domini Iesu, ſuadebatq; Iudeis & Græcis. Neu- tiq; omittendus est verbi ſuſiſe.

V. 10. Et nemo apponetur ibi ut noceat te. Hoc

# ROMANAЕ CORRECTIONES

*alijs exposuerunt, scribentes hunc in modum: Et nullus nocere poterit ibi.*

*V. 11. Sedit autem ibi. Non omittas ibi.*

*V. 12. De verbo & nominibus & lege vestra. Ablatiui lege vestra, non sunt mutandi in genitiuos legis vestra.*

*V. 13. Nauigauit in Syriam. Non omittas in propositionem.*

*V. 14. Alexandrinus gener. Alij exponentes quid sit gener, scriperunt natione.*

*CAP. XI. v. 9. Maledicentes viam Domini. Non omittas Domini.*

*V. 15. Sudaria & semicinctia. Alij pro copulativa & scribunt disunctiuam vel.*

*V. 16. Erant autem quida in Iudei Scœus principis sacerdotium septem filii. Alij libri preponunt Scœus, postponunt Iudei.*

*V. 17. Et insiliens in eos homo. Congruentior est hic verborum ordo, illo quo homo ponitur ante eos.*

*V. 18. Ercosmabatur. id est, confortabatur, ut quidam legunt.*

*V. 19. Dicens, quoniam postquam furo ibi. Non oportet omittire quoniam, tamē si sensu superfluat.*

*CAP. XX. v. 4. Comitatus est autem cum Sopater Pyrrhi Bereenfis. Legendum est Sopater trisyllabum, non addita una syllaba, Sopater quadrissyllabum.*

*V. 20. Cūm autem conuenisset nos ita Asson. Scribendū est conuenisit, potius quam inuenisit.*

*V. 21. Vt dicit Pentecostes facerit Ierosolymis. Genitius Pentecostes non est mutandus in accusatum Pentecosten.*

*CAP. X. XI. v. 7. Nos vero navigatione expleta. Pro expleta non scribas explicita.*

*V. 22. Mnasōnem quemdam Cyprium. Non mutes Mnasōnem in Iasōnem, id est, liquidas duas in unam consonantem.*

*V. 23. Non ignorat ciuitatis municeps. Quidam legunt ciuius, explicare volentes quid sit municeps.*

*CAP. XXII. v. 3. Natus in Tarso Ciliciae. Non est omittenda præpositio in.*

*V. 24. Ab omnibus cohabitibus Iudeis. Compositum cohabitibus non est mutandum cum simplici habitantibus.*

*V. 25. Ego multa summa ciuitatem hanc consecutus sum. Non ciuitatem, sed ciuitatem, legendū est, quinque syllabis.*

*CAP. XXIII. v. 23. Et vocatis duobus Centurionibus. Pro verbo simplici vocatis, non scribas compositum conuocatis.*

*V. 26. Ut impoentes Paulum, saluum perducere. Non interponas pronomen eum ante saluum.*

*V. 27. Nihil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis. Genitius criminis non est mutandus in accusatum crimen.*

*V. 28. Misi eum ad te, denuncias & accusatoribus. Ita interpongendū est, ut partitum denuncias, iugatur sequentibus, non præcedentibus.*

*V. 29. Milites ergo. Non mutes ergo cum vero.*

*CAP. XVI. v. 6. 7. Quem & apprehensum volumus secundum legem nostram iudicare: superueniens autem tribunus Lysias, cum vimagna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire. Non sunt hæc omittenda iudicio Patrum, prout à quibusdam omittuntur omnia, exceptis primis duobus verbis, lectione hæc ratione: Quem apprehendimus.*

*V. 30. Neque cum tumultu. Quæ subiectiuntur iniquibusdam exemplaribus: Et apprehenderemus, clamantes & dicentes, tolle inimicū nostrum; ut superflua auferenda Patres consuerunt.*

*CAP. XV. v. 16. Quia non est Romanis confuetudo damnum aliquem hominem, prout quam. Alij libri scribunt donare, quod est, largiri, quod modo & gracie legitur xagīs & a: sed quia gracie additur it; at & a: in interium sine perditionem, Interpres, donare ad perditionem, intelligitur interpretatus, damnum, seu condemnare, prout Patres correverunt.*

*CAP. XVI. v. 3. Maxime te sciente omnia, & quæ apud Iudeos sunt consuetudines, & questiones. Nihil opus est mutare neurum omnia in femininum omnes, modo non omittatur coniunctio & subsequens, prout omitti non debet.*

*V. 7. In quam duodecim tribus nostræ. Non mutes accusatum quam in ablatiuum qua.*

*V. 17. Eripiens te de populo & gentibus. Singulariter numerum populo, non commutes cum plurali populis.*

*V. 21. Comprehensum tentabant interficere. Non addas volentes me ante interficere.*

*CAP. XXVII. v. 2. Ascendentes natem Adrumetinam. Non auges vocem Adrumetinam litera n medio adiecta.*

*Sequitur: Incipentes nauigare. Plurale primi casus incipientes, non mutes in singulare quarti casus incipientem.*

*V. 9. Èo quod & iejunum iam præteriisset. Non est omitendum medium illud &.*

*Sequitur: Confolabatur eos Paulus. Neque hic omittit pronomen eos.*

*V. 18. Valida autem nobis tempestate iactans. Alij pro nomine valida scribunt adverbium validè.*

*CAP. XVII. v. 1. Quia Melita insula vocabatur. Non scribas Mitylene quadrissyllabum, pro trisyllabo Melita.*

*V. 6. Diu autem illis expectantibus. Non mutes expectantibus in sperantibus.*

*V. 17. Nihil aduersus plebem faciens. Causa scribas legem, pro plebem, quod est, populum.*

## EPISTOLA AD ROMANOS.

*CAP. I. v. 27. Exarserunt in desideriis suis in inuicem. Non omittas in ante inuicem.*

*V. 28. Vt faciant ea quæ non conueniunt. Plurale conueniunt preferendum est singulare conueniunt.*

*V. 32. Et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Non magis omittas primum &, quam duplex qui subsequens.*

*CAP. II. v. 1. Eadem enim agis qua iudicas. Non facile mutes neutrum quæ in masculinum qui.*

*V. 4. Ignoras quoniam benignitas Dei ad patientiam te adducit? Corretores prætulerunt verbum ignoras participio ignorans.*

*V. 7. Gloria & honore & incorruptionem querunt. Et hic Corretores prætulerunt verbum querunt participio querentibus.*

*V. 15. Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus. Corretores, pro more sermonis latini, repererunt ablatiuos, quorum loco alii legunt genitios, more greci.*

*CAP. III. v. 3. Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Non mutes futurum euacuabit in præteritum euacuavit.*

*V. 25. Quem propositus Deus propitiationem. Non hic mutes femininum propitiationem in masculinum propitiatorem.*

*CAP. IV. v. 2. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est. Nomini operibus non addas legis.*

*V. 9. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum manet. Non auferas, vel adverbium tantum, vel verbum manet.*

*V. 17. Ante Deum cui credidit. Non mutes personam tertiam in secundam credidisti.*

*V. 18. Sic erit semen tuum. Quod sequitur in multis libris sicut stellæ cœli & arena maris, superfluit.*

*V. 19. Cūm iam ferè centum esset annorum. Non omittas adverbium iam.*

*CAP. V. v. 8. Quoniam cūm adhuc peccatores essemus. Non interponas coniunctionem si inter quoniam & cū.*

*Sequitur: Secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Corretores indicarunt non esse prætermittendum illud secundum tempus.*

*CAP. VI. v. 3. An ignoratis. Non est addendum fratres.*

*V. 6. Et vtrā non seruamus peccato. Non est mutandum & copulatum cū ut causatio.*

*V. 17. In quam traditi esis. Nec hic mutandus est accusatus quam in ablatiuum qua.*

*CAP. VII. v. 15. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Romani Patres censuerunt non esse auferendas voces bonum & malum, que in plerisque latinis libris leguntur.*

*V. 25. Gratia Dei. Non interponas coniunctionem autem, multo & minus vertas genitium Dei, in datiuum Deo.*

*CAP. VIII. v. 7. Quoniam sapientia carnis inimicæ est Deo. Non scribas inimicæ est in Deo.*

*V. 38. Neque principatus, neque virtutes. Nec addas neque potestates, nec substitutas loco huius neque virtutes.*

*Ibidem. Neque fortitudo. Corretores non iudicarunt hoc præterendum, de quo legi possunt nostra Notationes.*

*CAP. IX. v. 1. Veritatem dico in Christo. Non addas Iesu.*

*V. 10. Non solum autem illa. Non est mutandum illa femininum in masculinum illi.*

*V. 15. Et misericordiam præstabo cuius miserabor. Non mutes genitium cuius in datiuum.*

*CAP. X. v. 21. Ad populum non credentem & contradicentem. Non subiicias pronomen mihi, quod multi.*

*CAP. XI. v. 4. Qui non curauerunt gentia ante Baal. Non omittas has duas voculas ante Baal.*

*V. 6. Secundum electionem gratia. Non subiicias Dei.*

*V. 9. Fiat mensa eorum in laqueum. Non est hic in serendum coram ipsis.*

*V. 19. Dices ergo, frati sunt rami. Retinendū est futurum dices, non substituendum præsens dicas.*

*V. 32. Concluse enim Deus omnia in incredulitate. Corretores prætulerunt ablatiuum incredulitate, ei quem alijs legunt accusatio in incredulitate.*

*CAP. XII. v. 3. Et unicus sicut diuinitus Deus mensuram fidei. Non est auferenda coniunctio &, quam Corretores addiderunt.*

*V. 10. Charitate fraternitatis inuicem diligentes. Retinendū est ablatius charitate, non surrogandus accusatus charitatem, quod docuimus & nos in Notationibus.*

*V. 11. Domino seruientes. Olim, ante Hieronymianam correctionem, latini libri seruie legebant Tempori seruientes; quemadmodum & versu 13. sub sequente. Memoris, pro necessitatibus, sanctorum communicantes.*

*V. 19. Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Vi seruandus est nominatus vindicta, loco accusatiū qui vulgo legitur: ita non est praeponenda coniunctio & ante pronomen ego.*

*CAP. XIII. v. 1. Que autem sunt, à Deo ordinata sunt. Femininum ordinata non est commutandum cum neutrō ordinata.*

*V. 5. Ideo necessitate subditis efflete. Preferendum est ablatius necessitate datiuo necessitati.*

*V. 10. Dilectio proximi malum non operatur. Et hic preferendum genitius datiuo proximo.*

*V. 12. Nox præcessit. Non mutes præcessit in processit, id est, diptongum & in vocalē quartam.*

*CAP. XIV. v. 9. Vt & mortuorum & viuorum dominetur. Non præponas viuos mortuis, hoc quidem loco.*

*V. 19. Et quæ edificationis sunt in inuicem custodiamus. Non omittas, vel in præpositionem ante inuicem, vel verbum custodiamus.*

*CAP. XV. v. 22. Et prohibitus sum usque adhuc. Non putarunt Patres hæc verba si omittenda esse, quamquam a multis libris omittantur.*

*V. 29. In abundantia benedictionis Euangelij Christi veniam. Hic addiderunt vocem Euangelij, qua & græcæ adiutur.*

*V. 30. Vt adiuvet me in orationibus vestris pro me ad Deum. Non auferas aut vestris, ante pro me.*

*V. 32. Et refrigereret vobiscum. Retinendum est & copulatum, non substituendum ut causatum.*

*CAP. XVI. v. 5. Qui est primitius Asia in Christo. Causa mutus Asia in Achaia, sigma in chi.*

*V. 6. Salutate Mariam quæ multum laboravit in vobis. Pronomen secunda persone vobis, non est mutandum in prima nobis.*

*V. 7. Salutare Andronicum & Iuniam. Legendum est Iuniam, ita ut tertia dictio littera sit, tertia liquidarum, non prima, Iulia.*

*V. 11. Salutare eos qui sunt ex Aristoboli domo. Alij libronibz addunt sed subaudiunt domo.*

*V. 27. Cui honor & gloria. Non omittas & cui.*

## EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIOR.

*CAP. I. v. 10. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Romani Patres, emendando scriperunt, sententia, delectum à sentio, pro eo quod vulgo legitur, scientia a scio.*

*V. 14. Gratias ago Deo. Non addas pronomen meo.*

*V. 16. Ceterum nescio si quem alium baptizauerim. Non addas pronomen velutrum post alium.*

*CAP. II. v. 14. Quia spiritualiter exami-*

natur. Non nulli codices pro quia, scribunt ea quae vel quæ, & pro singulari examinatur plurale, examinantur: sed priorēs lectionēs prætulerunt Patres.

V. 16. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruit eum? Quidam libri, sed minus eruditæ, pro qui instruunt, habent aut quis instruit eum?

C A P. III. v. 11. Quod est Christus Iesus. Non facile mutet neutrum quod in masculinū qui-

C A P. I V. v. 16. Imitatores mei effore, sicut & ego Christi. Non auferas è textu huc: sicut & ego Christi.

C A P. V. v. 7. Expurgare vetus fermentum. Non addas coniunctionem igitur.

C A P. VI. v. 11. Et hæc quidam fuisse. Non men quidam nequaquam mutandum est in coniunctionem quidem.

V. 18. Omne peccatum. Non interponas coniunctionem causalem enim.

C A P. VII. v. 7. Volo enim omnes vos esse sicut me ipsum. Correctores mutarunt coniunctionem aduersariam autem in causalem enim, & nomen homines in pronomen vos: vulgo enim legitur: Volo autem omnes homines.

V. 13. Et si qua mulier fidelis. Hic noluerunt omitti rō fideli.

V. 24. Vnusquisque in quo vocatus est, fratres. Sernandum est plurale fratres, non substituendum singulare frater.

Sequitur: In hoc permaneat apud Deum. Pro composito, quidam legunt simplex maneat, sed plurale maneat non est admittendum.

V. 26. Existimo ergo hoc bonum. Pro ergo, quidam enim, quidam autem scribunt.

V. 33. Et diuisus est: & mulier innupta & virgo cogitat. Olim, ante Hieronymianam correctionem, ferè legebant latini codices: Diuisa est mulier & virgo. Que innupta est, cogitat.

V. 35. Et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. Correctores prætulerunt rō obsecrandi, quod est, orandi, ei quod multi legunt obsecranti, quod est, colendi.

V. 39. Quod si dormierit vir eius, liberata est. Non addas alēge, sed intelligas.

C A P. VIII. v. 6. Ex quo omnia & nos in illum. Alij libri mutant accusatiūm in ablatiuūm illō.

V. 7. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli. Clariū additur quā omittitūr præpositiōnū.

C A P. IX. v. 10. An propter nos vtique hoc dicit? Non omittas pronomen hoc.

V. 16. Nam si euangelizauero. Non interponas & inter nam & si.

C A P. X. v. 17. Omnes qui de uno pane participamus. Non addas & de uno calice.

V. 27. Si quis vocat vos infidelium. Nec hic ad das ad cenam.

V. 28. Hoc immolatum est idolis. Non mutet participium immolatum in nomen immolatitium.

C A P. XI. v. 10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput, propter angelos. Propter testem non scribas velamen, nec addas pronomen suum nominī caput.

C A P. XII. v. 13. Omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Non omittas nomen corpus, quod multi.

V. 28. Genera linguarum, interpretationes sermonum. Correctoribus visum non est omittere, interpretationes sermonum, quamvis graco consentanea ab aliis libris omittatur.

C A P. XIII. v. 13. Nunc autem manent. Non scribas singulare manet.

C A P. XIV. v. 2. Spiritu autem loquitur mysteria. Non mutet ablatiuūm spiritu in genituū.

V. 16. Qui supplet locum idiota. Non scribas interrogatiūm quis loco relatiū qui.

V. 21. In lege scriptum est. Non addas enim.

V. 23. Nonne dicent quod insanitis. Coniunctione quod mutanda non est in pronomen interrogatiūm quid.

V. 32. Et spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Retinendus est numerus pluralis subiecti sunt, non surrogandus singularis subiectus est.

V. 33. Sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Non est omittendum verbūm doceo.

V. 40. Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant. Superfluit quod multi codices subiecti sunt in vobis.

C A P. XV. v. 23. Deinde iij qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt. Correctores

prætulerunt casum sextum aduentu, ei qui est in plerisque libris, quarto aduentum.

V. 26. Nouissima autem inimica destructur mors. Non scribas aduerbum nouissimè, loco non nisi nouissima.

V. 31. Quotidie morior per vestram gloriam Romani Patres prætulerunt monosyllabum per diffibulo propter.

V. 35. Sed dicetaliquis. Resizendum est futurum dicet, non substituendum presens dicit.

Ibidem. Qualive corpore venient? Loco diuinis viuis qualive, non sunt scribenda dua qualia autem.

V. 39. Sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autē piscium. Non sunt omitenda coniunctiones, quidem, verò, autem.

V. 51. Omnes quidem resurgent, sed non omnes immutabitur. Olim quidam latini codices, pro resurgentibus, legebant dormiemus; sed minus recte.

V. 52. Canet enim tuba. Si non addas vocem tuba, vel subaudias oportet.

C A P. XVI. v. 12. Et vtique non fuit voluntas ut nunc veniret. Non addas nomini voluntas pronomen eius.

V. 15. Nostris domum Stephani & Fortunati & Achaii. Patres non putarunt omittendum & Achaii.

V. 19. Salutant vos Ecclesiæ Asiae. Substantiuū Ecclesiæ non adiicias adiectiuū omnes.

Ibidem. Apud quos & hospitor. Neque hoc voluerunt Patres è textu auferri.

## EPISTOLA AD CORINTHIOS POSTERIOR.

C A P. I. v. 6. Siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute. Non omittas rō & salutem. Sequitur: Quæ operatur tolerantiam. Non interponas in vobis, multoq; minus in nobis, prima persona.

V. 7. Ut spes nostra firma sit pro vobis. Alij legunt modo indicatio & spes nostra firma est pro vobis.

V. 11. Ut ex multorum personis. Insignis certatio, quæ multorum personis, restitutum est, loco eius quod vulgo legitur, multarum personis factum, confusis interpretationibus duabus vocis ægrotavat.

Ibidem. Per multos gratiae agantur pro nobis. Non substituas vobis secunda persona, pro nobis prima.

V. 12. Quod in simplicitate cordis. Non est omittendum cordis, quod Patres addiderunt.

V. 18. Quia sermo noster qui fuit a pud vos. Pro præterito fuit non scribas presens sit.

V. 21. Qui autem confirmat nos vobis in Christo. Non preponas secunda persona pronomen, inuerso ordine legens vos nobiscum.

C A P. III. v. 9. Nam si ministratio damnationis gloria est. Non addas prepositionem in ante gloriam.

V. 12. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur. Non est mutandus indicatiūs vtiuit in imperatiūm vtamur.

C A P. I V. v. 1. Ideo habentes administrationem. Verbum vnum administrationem, non mutes in duo hanc ministratiōnem.

V. 4. Ut non fulgeat illis illuminatio. Non auferas pronomen illis.

V. 6. Ipse illuxit in cordibus nostris. Nec omittas ipse, nec mutes cum qui.

V. 9. Persecutionem patimur, sed non relinquimus. Quod subiçunt quidam libri, humiliamus sed non confundimur. Correctores præterea censurunt.

C A P. V. v. 13. Siue enim mente excedimus, Deo. In quibusdam libris, pro excedimus, à cedo, est excidimus, à cedo, id est, vocalis tertia pro secunda.

C A P. VI. v. 16. Et in ambulatio inter eos. Correctores addiderunt inter eos.

C A P. VII. v. 3. Non ad condemnationem vestram dico. Non facile omittas pronomen vestram.

V. 7. Ita ut magis gauderem. Non preponas aduerbum magis coniunctioni vt.

C A P. VIII. v. 15. Qui multum, non abundauit. Nominis multū non addas verbūm habuit.

V. 23. Et in vos adiutor. Retinendus est accusatiūs vos, non substituendus ablatiuūm vobis.

Ibidem. Apostoli Ecclesiārum, gloria Christi.

Hic retinendus est nominatiūs gloria, non surro-

gandus, qui vulgo legitur, genitiūs gloriae.

V. 24. In faciem ecclesiārum. Non mutes accusatiūm in ablatiuūm facie.

C A P. I X. v. 5. Ut præueniant ad vos. Non scribas perueniant pro præueniant, quod est, antē veniant.

V. 9. Injustia eius manet in seculum seculi. Alij scribunt in æternum pro in seculum seculi.

C A P. XI. v. 23. Minitri Christi sunt. Non subiçias, quod in aliis est libris, & ego.

V. 25. Nocte & die in profundo mari fui. Non mutet ablatiuūm accusatiūm profundum.

C A P. XII. v. 11. Nihil enim minus fui. Non est scribendum feci à facio, pro fui à sum.

C A P. XIII. v. 4. Sed viuēscum eo. Non est mutandum futurum in presens viuimus.

V. 6. Spero autem quod cognoscetis, quia non sumus reprobri. Nec hic futurum cognoscetis in presens cognoscitis.

## EPISTOLA AD GALATAS.

C A P. I I. v. 2. Seorsum autem iis qui vitabuntur aliquid esse. Nec omittas aliquid esse, nec pro eo scribas maiores esse.

V. 4. Sed propter subintroductos. Non auferas coniunctionem fidei.

V. 5. Quibus neque ad horum cessimus subiectio. Triplex uitium hic vitandum est, unum ne omittatur prima vox quibus, alterum ne omittatur subsequens negatio neque, quæ à multis olim libris solebat omitti, tertium ne scribatur datum pro ablatiuūm subiectio.

C A P. III. v. 1. Quis vos fascinavit nō obedire veritati? Multilibri, pro obedire legunt credere: quidam olim omiserunt totū hoc. Non obedire veritati, qua de lege licet Notationes nostras.

Ibidem. Ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est. Legendum est prescriptus, quod est, antiæscriptus, non proscriptus, id est, diplosticus prima & non vocalis quarta o.

V. 7. Cognoscite ergo. Imperatiūs cognoscet non est mutandus in indicatiūm cognoscit.

V. 19. Propter transgressiones posita est. Non mutes plurale in singulare transgressionem.

C A P. I V. v. 6. Quoniam autem estis filii. Non addas Dei.

V. 14. Et tentationem vestram in carne mea non spreuis. Non facilè mutandum est pronomen secunda persona vestram, in prima meam.

V. 24. Vnum quidem in monte Sina. Alij libri pro legunt à.

C A P. V. v. 7. Quis vos impediuit veritati non obedire? Quod sequitur in quibusdam exemplaribus Nemini conferentis, omnium Correitorum iudicio superfluit.

V. 8. Persuasio hæc non est ex eo qui vocat vos. Non est omittendum pronomen hæc, neceius loco scribendum vestra.

C A P. VI. v. 12. Quicumque enim volunt placere in carne. Multi libri omittunt enim.

## EPISTOLA AD EPHESIOS.

C A P. I. v. 6. In dilecto filio suo. Non omittas filio suo.

V. 17. In agnitione eius. Quidam libri, pro sexto caſu, scribunt quartum agnitionem.

V. 23. Et plenitudo eius. Non est omittenda coniunctio &.

C A P. II. v. 1. Et vos cum essetis mortui. Non est addendum verbūm coniunctio.

V. 11. Quod aliquando vos gentes in carne. Nec hic addendum est, vel pronomen qui, vel verbūm eratis ante gentes.

Sequitur: Qui dicimini præputium. Non est mutandum præfons dicimini, in imperfectū dicebamini.

V. 12. Quia eratis illo in tempore. Coniunctio quæ seu quod non est vertenda in pronomen qui.

V. 16. Et reconciliat ambos. Præferendum est & copulatum ut causatiū.

V. 22. In habitaculum Dei in spiritu. Non addas sancto.

C A P. III. v. 10. Ut innotescat principatis & potestatis. Non legas principibus pro principatis, id est, quatuor syllabas pro quinque.

V. 16. Virtute corroborari per spiritum eius. Retinendus est ablatiuūm virtutem.

Sequitur: In interiorē hominem. Hic contrā,

# ROMANAЕ CORRECTIONES

*reinendi sunt accusatiui, non supponendi ablatiui in interiori homine.*

C A P. I V. v. 22. Deponere vos secundum pristinam conuersationem. *Legendum est depone, modo infinituo, non imperatiuo depone.*

V. 29. Ad adiunctionem fidei. *Non legas opportunitatis pro fidei.*

V. 30. In quo signati estis in diem redemptio-  
nis. *Non mutes quartum casum in sextum dic.*

C A P. V. v. 5. Aut auarus, quod est idolorum seruitus. *Alterius versionis est, ea lectio qua habet qui est idolorum seruitus.*

V. 13. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Retinendum est passiu manifestatur, non mutan-  
dum in actiu mai festat, quod quidam volunt.

V. 18. Sed implemuni spiritu sancto. *Alij libri omittunt adiunctionum sancto.*

V. 26. Mundans lauero aqua in verbo vita.  
*Correctores, ut indicarant non addendum parti-  
cipio mundans pronomen eam, ita non auferen-  
tium in fine nomen vita.*

V. 27. Ut exhiberet ipse hibi gloriosam ecclesi-  
am. *Non faciliter mutes nominativum masculi-  
num ipse, in accusatum femininum ipsam.*

C A P. VI. v. 13. Et in omnibus perfecti sta-  
re. *Non faciliter scribas, sublata prepositione in ab-  
lativo absolute positos omnibus perfectis, ut non  
nulli libri.*

V. 15. In preparatione Euangeli pacis. Ser-  
uandus est ablatus preparatione, non subfi-  
tuendus accusatus.

V. 23. A Deo patre. *Non addas pronome nostro.*

## EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

C A P. I. v. 14. Et plures fratibus in Do-  
mino, confidentes vinculus meis. *Primum & copulatum non oportet mutare in vt, nec  
proponere in prepositionem nominis vinculis.*

C A P. III. v. 4. Quamquam ego habeam  
confidentiam & in carne. *Non est transferenda  
coniunctio & ex fine in principium.*

V. 10. Et societatem passionis eius. *Proplura-  
li passionum, non scribas singulare passionis.*

V. 15. Ethoc vobis Deus reuelabit. *Non mutes  
futurum reuelabit in præteritum.*

V. 16. Verumtamen ad quod peruenimus ut  
idem sapimus, & in eadem permaneamus regula.  
*Nec mutes quod in quid, vocalem quartam in ter-  
tiam, nec omittas coniunctionem &.*

C A P. IV. v. 2. Euodiam rogo. *Non scri-  
bas Euchodiam, addito chi.*

## EPISTOLA AD COLOSSENTES.

C A P. I. v. 12. Gratias agentes Deo patri.  
*Non est interiecta coniunctio & inter-  
Deo & patri.*

V. 14. In quo habemus redemptionem per san-  
guinem eius, remissionem peccatorum. *Vt non o-  
portet omittere per sanguinem eius, ita non opro-  
bet addere & ante remissionem.*

V. 25. Que data est mihi in vos. *Non mutes  
accusatum in ablatum vobis.*

C A P. II. v. 2. In agnitione mysterii Dei pa-  
tris & Christi Iesu. *Non est auferenda coniunctio &*

V. 7. Abundans illo, in gratiarum actione.  
*Quidam libri, pro in illo masculino, scribunt fe-  
mininum in ea, sed nequaquam est omittendum in  
illo, quod multifacit.*

V. 11. Circumcisio non manufacta. *Cane le-  
gas manifesta, pro manufacta, que manufacta.*

Sequitur: In expoliatione corporis carnis. *Nec  
addas peccatorum post corporis, nec mutes corpo-  
ris in cutis, quod est pelvis.*

V. 16. Aut in parte diei festi. *Non omittas festi.*

C A P. III. v. 4. Cum Christus apparuerit  
vita vestra. *Non est addenda coniunctio sive au-  
tem sine enim.*

V. 11. Vbi non est Gentilis & Iudeus. *No inter-  
iecta masculus & femina, superfluit enim hoc loco.*

V. 16. Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus.  
*Non est propomenda his ablatis prepositione in.*

V. 17. Omnia in nomine Domini Iesu Christi.  
*Non addendum est facie, sed subaudiendum.*

V. 20. Hoc enim placitum est in Domino. *Non  
est omittenda prepositio in.*

C A P. IV. v. 9. Omnia que hic aguntur.  
*Non proponas huius verbis qui.*

V. 16. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hec.  
*Non omittas pronomen haec.*

Ibidem. Et eam quæ Laodicensem est, vos lega-  
tis. *Alij passim legunt: & ea quæ Laodicensem est  
vobis legatur.*

V. 18. Grata vobiscum. *Non interponas Domi-  
ni nostri Iesu Christi.*

## EPISTOLA AD THESSALONI- CENSES PRIOR.

C A P. I. v. 1. Grata vobis & pax. *Non addas  
à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo.*

V. 5. Sed & in virtute. *No omittas mediū  
&, sicut nec vbi sequitur v. 8. Sed & in omni loco.*

C A P. II. v. 7. Cum possemus vobis oneri  
elle. *Nec auferendum est pronomen vobis, nec neu-  
trum nomen oneri facile commutandum cum  
masculino honori.*

Ibidem. Sed facti sumus paruuli. *Interpres ver-  
itati paruuli, quod alijs lenes.*

V. 18. Peruenit enim ira Dei super illos usque  
in finem. *Correctores pratulerunt peruenit, ne  
prævenit, quod est, antè venit.*

C A P. III. v. 12. Et abundare faciat chari-  
tatem vestram in iniucem. *No omittas pronomen  
vestram.*

C A P. I V. v. 1. Sic & ambuletis. *Alij scri-  
bunt sicut & ambuletis.*

V. 8. Itaque qui haec spernit. *Non est omitten-  
dum pronomen haec.*

V. 14. Qui residuus sumus in aduentum Domini.  
*No est mutandus accusatum in ablatum aduetu-*

C A P. V. v. 3. Sicut dolor in utero habenti. *Da-  
titius non est mutandus in genituum habentis.*

V. 15. Sed semper quod bonum est sectamini in  
iniucem & in omnes. *No est omittendum prius in.*

## EPISTOLA AD THESSALONICENSES POSTERIOR.

C A P. I. v. 6. Retribuere tribulationem. *No  
est mutanda vox tribulationem, que panam  
significat, in tributionem, que mercedem.*

V. 11. Ommem voluntatem bonitatis. *No ad-  
das pronomen sicut.*

C A P. II. v. 12. Quod elegerit vos Deus.  
*Non mutes pronomen secunda persona vos in pri-  
me nos.*

V. 13. In qua & vocavit vos. *Quidam legunt  
in quam, quidam ad quod; sed male omnino illi,  
qui scribunt pronomen prima persona nos.*

C A P. III. v. 4. Quoniam que precipimus.  
*Retinendum est praesens precipimus, non surrogan-  
dum præteritum precipimus.*

V. 11. Ambulare inquiete. *Non mutes infinitiu-  
mum ambulare in participium ambulantes.*

## EPISTOLA AD TIMOTHEVM PRIOR.

C A P. I. v. 9. Sciens hoc. *Non scribas plu-  
rime scientes, pro singulari scientes.*

V. 12. Christo Iesu Domino nostro. *Non  
proponas prepositionem in.*

V. 16. Ad informationem eorum. *Cane scribas  
contrarium deformationem, ut quidam.*

C A P. II. v. 6. Testimonium temporibus  
suis. *His verbis, nec preponendum est cuius, nec  
postponendum confirmatum est: haec enim consultò  
a Patribus omisit sunt.*

V. 15. Si permanerint fide. *Alij legunt plura-  
le permanerint.*

C A P. III. v. 2. Oportet ergo episcopum.  
*Non commutes ergo cum enim.*

Ibidem. Prudentem, ornatum, pudicum. *No o-  
mittas rō pudicum.*

V. 14. Hec tibi scribo. *Non subiectas fili Timo-  
thee.*

C A P. IV. v. 7. Exerce autem te ipsum ad pie-  
tatem. *Nec hic omittas coniunctionem autem.*

C A P. V. v. 15. Retro Satanam. *No interij-  
cias prepositionem post.*

V. 16. Et non graueretur ecclesia. *Non est mutan-  
dum & in vt casuum.*

V. 18. Non alligabis os boui tritauri. *Non scri-  
bas infrenibus pro alligabis.*

V. 24. Quosdam autem & subsequuntur. *No  
omittas medium &.*

C A P. VI. v. 8. His contenti sumus. *Præsen-  
tis indicatiui sumus, mutatur ab aliis in presens im-  
peratiui sumus.*

V. 9. Inutilia & nocua. *Non preponas & voci in-  
utilia.*

V. 16. Et imperium sempiternum. *No inter-  
iectas prepositionem in ante sempiternum.*

## EPISTOLA

## AD TIMOTHEVM POSTERIOR.

C A P. I. v. 2. Grata, misericordia, pax. *No  
est preponenda coniunctio & voci pax.*

V. 3. Gratias ago Deo, cui seruio a pro-  
genitoribus. *Ecce hic addenda sunt pronominis meo  
& meis.*

V. 15. Scis hoc. *No interponas enim.*

Ibidem. Ex quibus est Philegus. *Alij scribunt  
unico, Philegus: sed male illi qui habent Phile-  
tus, quod nomen occurrit infra 2. v. 17.*

V. 18. Et quanta Epheli ministravit mihi. *Cor-  
rectores & libri suis addiderunt pronomen m' hi.*

C A P. I I. v. 5. Non coronatur nisi legitimè  
certauerit. *No mutes presens coronatur in futurū.*

V. 22. Fidem, charitatem, & pacem. *No inter-  
ponas spem in fidem & charitatem.*

V. 26. A quo captiu tenetur. *No scribas par-  
ticipium captiu nomine captiu.*

C A P. I V. v. 11. Est enim mihi utilis in mi-  
nisterio. *No mutes accusatum in ablatum in*

*ministerio.*

V. 14. Redetilli Dominus secundum opera  
eius. *Futurum indicatiui reddet, non vertas in  
presens imperatiui reddat.*

V. 17. Ut per me prædictio impletatur. *No scri-  
bas impletur.*

V. 19. Saluta Priscam. *Quidam codices scribunt  
Priscillam, sed male illi, qui masculino genere  
Priscum.*

## EPISTOLA AD TITVM.

C A P. I. v. 8. Sed hospitale, benignum,  
sobrium. *No addas prudentem: causa ex-  
pliicator Notationibus nostris.*

V. 10. Sunt enim multi etiam inobedientes.  
*No omittas etiam.*

C A P. I. v. 11. Apparuit enim gratia Dei  
saluatoris nostri. *No scribas femininum salutaris,  
pro masculino saluatoris nostri.*

## EPISTOLA AD PHILEMONEM.

V. 6. In agnitione omnis operis boni. *Cor-  
rectores indicarunt non esse omittendum  
operis.*

Sequitur: Quod est in vobis in Christo Iesu.  
*Nec hic omittendum censuerunt quod est in vobis:  
immo quod est neutrum, præstulerunt que est fe-  
minino, & secundam personam in vobis, prima  
in nobis.*

## EPISTOLA AD HEBRAEOS.

C A P. I. v. 14. Propter eos qui hereditatem  
capient salutis. *Retinendum est futurum ca-  
pient, non substituendum presens capiunt,  
multo minus cupiunt, quod est, desiderant.*

C A P. I I. v. 3. Que cum initium accepisset.  
*Numerius singularis accepisset, non est mutandus  
in pluralem accepisset.*

V. 19. Per passionem consummari. *Nec hic mu-  
tandum est auctiuum consummari in passiu-*

*sum.*

C A P. III. v. 11. Sicut iuravi in ira mea.  
*Pro adiutorio sicut, non scribas nomen quibus.*

V. 19. Et videmus quia non potuerunt introire.  
*Redūdat quod quidam libri subiecti in requiem  
ipsius.*

C A P. IV. v. 4. Dixit enim in quadam lo-  
co. *No omittas prepositionem in.*

V. 10. Sicut à suis Deus. *No addas coniunc-  
tione & ante prepositionem à.*

V. 14. Tencamus confessionem. *No interpo-  
nas spei nostrae.*

V. 16. Adeamus igitur cum fiducia ad thronum  
gratiae. *No subiectas pronomen eius.*

C A P. V. v. 8. Et quidem cum esset filius Dei.

*Correctoribus visum est non esse omittendum genitium Dei.*

V. 11. De quo nobis grandis sermo & ininterpretabilis ad dicendum. Seruanda est syllaba in duplicitate in voce ininterpretabilis.

C A P. VI. v. 1. Ad perfectiora feramur. Non est scribendum nomen substantium perfectio-nem, loco adiectuum perfectiora.

C A P. VI. v. 13. De qua nullus altari pre-sto fuit. Pro altari, non substitutas altario, vocem barbaram.

V. 25. Vnde & saluare in perpetuum potest acciden-tes per semetipsum ad Deum. Legendum est numero plurali accidentes, non singulari accedens: qua de re legere licet nostras Notationes.

C A P. IX. v. 14. Emundabit conscientiam nostram. Loco futuri emundabit, non est scriben-dum præteritum emundavit; nec vestram secunda-persona pronomen, loco prima nostram.

V. 26. Nunc autem felicem in consummatione seculorum. Non mutes ablaciū in accusatiū consummationem.

Sequitur: Ad defitionem peccati. Alij libri habent de destructionem, eodem sensu.

C A P. X. v. 6. Holocatomata pro peccato. Alij libri, ante propositionem pro graco consentanea, interponunt coniunctionem & : quam Syrus cum Correctoribus omittit.

V. 16. Dando leges meas. Non mutes gerundium dando in futurum iudicatiū dabo.

V. 30. Mihī vindicta, & ego retribuam. Neque hic mutes nominatiū vindicta in accusatiū.

C A P. XI. v. 6. Sine fide autem impossibi-le est placere Deo. Nec omittas Deo, nec addas quemquam.

V. 11. Virtutem in conceptionem seminis accepit. Seruandus est accusatiū conceptionem, non vertendus in ablaciū.

V. 17. Qui suscepit reprobationes. Non scribas in quo, pro qui.

V. 34. Effugerunt aciem gladij. Pro effugerunt, à fugio, tertia coniunctionis, non corrigas effuguerunt, quod est, in fugam verteris, à fugo prima.

C A P. XII. v. 18. Et accessibilem ignem. Legendum est accessibilem, quod est, qui accendi, qui inflammaris potest: non, demissi litera n, accessibilem, qui accidi, cui appropinquari potest.

C A P. XIII. v. 2. Per hanc enim latuenterunt quidam, angelis hospitio acceptis. Locus egregie emendatus, ubi latuerunt scriptum est, præteritum à lateo, quod est, occultum, insciūm esse, pro eo quod vulgo legitur placuerunt, præteritum à placo, quod est, gratum esse.

V. 9. Optimum est enim gratia stabilire cor, non eccis. Correctores prætulerunt actuum stabilire, passiu stabili.

## EPISTOLA IACOBI CATHOLICA.

C A P. I. v. 18. Voluntariè enim genuit nos. Non omittas coniunctionem enim.

V. 25. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis. Accusatiū legem perfectam, non sunt mutandi, prior in ablaciū lege, posterior in genitiū perfecte, quomodo plerique legunt: In lege perfecta libertatis.

C A P. II. v. 18. Sed dicit quis: Tu fidem habes. Non mutes futurum dicet in presens dicit.

V. 20. Quia fides sine operibus mortua est. Non scribas onusa pro mortua.

C A P. III. v. 3. Si autem equis frenaj ora-mittimus. Coniunctio conditionalis si, non est com-mutanda cum adverbio similitudinis sicut.

Ibidem. Et omne corpus illorum circumser-mis. Nec omittendum est primum &, nec mutan-dum in etiam.

V. 4. Ecce & naues, cùm magna sint. Non est proponenda coniunctio & adverbio ecce (Erecte naues) sed postponenda.

Ibidem. Circumferunt à modico gubernaculo. Verbo circumferunt, non est addendum, siue autem, siue tamen.

V. 12. Sic neque falsa, dulcem potest facere a-quam. Nominatiū falsa, non esse mutandum in accusatiū, quod quidam factiunt, docui-mus in Notationibus.

C A P. IV. v. 5. Concupiscit spiritus. Causa preponas non negationem verbo concupiscit.

Sequitur: Qui habitat in vobis. Non mutes vo-bis secunda persona pronomen, in nobis prima.

V. 11. Nolite destrahere alterutrum fratres. Non subiicias pronomen mei.

V. 12. Unus est legislator & iudex. Non addas coniunctionem enim.

C A P. V. v. 3. Thesaurizasti vobis iram in nouissimis diebus. Non temere omittendum est illud vobis iram, docent nostre Notationes.

V. 5. Et in luxurias enutristis corda vestra in die occisionis. & in die occisionis, non est separandum ab hoc versu, & constitutum in initio sexti.

V. 16. Addixisti & occidisti iustum. Caum dum est, ne recidatur in vetus vitium, quo sibi bebar adduxisti, quod est, accedere fecisti, pro eo quod iam Romanorum Patrum opera restitu-tum est, addixisti, quod est, condemnasti, vocali quinta ut communata cum tertia.

V. 8. Quoniam aduentus Domini appropin-quit. Seruandum est præteritum appropinquauit, non mutantum in futurum appropinquabit.

V. 10. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiae. Correctores addendū in iudi-carunt illud exitus mali, quod est, in quibus tam libris, quamquam videri posse cintūdū rasa vo-cis versione esse, cuius est laboris, quod equitur.

V. 13. Tristatur aliquis vestrum? Non addatur coniunctio autem.

V. 15. Et alleuiabit eum Dominus. Alij libri, omīsa è medio vocali tertia i, scribunt aleuiabit, eodem sensu, eriger, tenuis redet malum.

V. 20. Saluabit animam eius à more. Non com-mutes eius cum reciproco suam.

Sequitur: Et operiet multitudinem peccatorum. Retinendum est futurum operiet, non supponen-dum praesens operit.

## EPISTOLA PETRI PRIOR

C A P. I. v. 7. In reuelatione Iesu Christi. Ablaciū reuelatione, on est mutantus in accusatiū reuelatioem.

V. 9. Salutem animarum. Non addas vestrarum.

V. 13. Perfectè sperate. Non substitutas nomen perfecti, pro adverbio perfecte.

V. 15. Et ipsi in omni conuersatione sancti sitis.

Non præponatur huius verbis vi.

V. 25. Quod euangelizata est in vos. Non mu-tetur accusatiū vos in ablaciū.

C A P. II. v. 2. Ratioabile, sine dolo, lae-concupiscite. Retinendum est neutrum singulare rationabile, non supponendum masculinum plurale rationables.

V. 5. Et ipsi tamquam apides viu superadifi-camini domus spiritualis In signis correctio, qua restituens est nominatiū singularis vocibus do-mus spiritualis, pro pluribus sine nominatiū sine accusatiū domus et domos spiritualis, qui legi solent, nunc addita nunc denta, in proposi-tione.

V. 20. Quæ est enigmeria. Non mutes gloria, positum pro gloriandina teria, cum gratia.

V. 21. Quia & Christus passus est pro nobis, vo-bis reliquias exeinum. Quidam boni libri legunt duplex vobis secunda persona: sed ma-lè illi qui duplex nols, prima persona: sequitur enim secunda persona: Ut sequamini vestigia eius: tametsi veteres quiam, docendi causa, ceteri pri-mæ personæ sequantur. Legat, cui placeat, Nota-tiones nostras.

V. 23. Tradeba autem iudicanti se iniustè. In hisdam codicibus hac reperiuntur virtus; ut pro autem legant aīm, addant alterum sc, propositum participio idicant; participium illud singularē distinxi cās, mutent, nonnulli in accusatiū pluralem uiuantes, nonnulli in verbum in-sinuiti iudicari. De reliquo lege Notationes.

C A P. III. v. 2. Castam conuersationem ve-stram. Correctores prætulerunt castam, ei quod alijs legunt sanctam.

V. 4. Qui in conspectu Dei locuples. Non mutes masculinum qui in neutrum quod.

V. 8. In fin autem omnes vñanimes. Legendum est in fin, positum pro demum siue postre-mo, non in fid, tamquam Christiana. Nec vñanimes, p̄cienam est in oratione estote, quanquam habeat epistola Dominica quinta post Pentecōn. De his latius nostra Notationes.

V. 11. Dinet alā. Non addas autem.

V. 14. Et in conturbemini. Non scribas vt pro id est, vñalem quintam pro secunda.

V. 15. Ea que in vobis est spc. Superfluit, quod alijs libri subiiciunt, & fide.

V. 17. Ielius est enim benefacientes. Non ad-das coniunctionem vt ante benefacientes.

V. 18. Mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. Egregia et mendacio, quia restitu-unt nominatiū singulare, mortificatus & vivi-ficatus, pro iis qui vulgo scribunt accusatiū pluralibus, mortificatos & vivificatos.

V. 19. In quo & his qui in carcere erant spiriti-bus venientis prædicauit. Pro carcere, quod est cu-stodia, male quidam legitim carne, quod est, corpo-re. Deinde verbo erant, superflue adiuvant alijs participium concluti. Denique datius pluralis spiritibus, ex Patrum correctione seruandus est, pro eo quia pleriq; legitur ablatiuo singulari spiritu.

V. 21. Quod & vos nunc. Non facile metan-dū est pronomen secund personæ vos in primis nos, C A P. I. V. v. 4. In quo admirantur. Ut non est scribendum plurale quibus, pro singulari quo: ita non est mutantum, verbum admirantur in pe-regrantur auti obstupescunt, qua sunt grata di-ctionis alias versiones.

V. 7. Omīnum autem finis appropinquauit. Re-tinendum est præteritum appropinquauit, non re-sumentum futurum appropinquabit.

V. 12. Charissimi, nolite peregrinari. Pro pere-grinari, quidam libri legunt mirari, quemadmodum è contrario, supra v. 4, pro admirantur, quidam legunt peregrinantur: vox enim graca ζενται, ad verbum quidem trans feratur peregrinari, ad verbum quidem trans feratur peregrinari.

V. 14. Super vos requiescit. Non est mutantum praesens requiescit in futurum.

V. 17. Qui non creduat Dei Euangeli. Non est omittendum Dei.

V. 18. Etsi iustus vix saluabitur. Non addas quidem.

C A P. V. v. 3. Sed forma facti gregis ex a-nimo. Correctores prætulerunt, singularem nu-merum formam, plurali formam; & genitium gre-gis, datiuo.

V. 13. Quæ est in Babylone colecta. Pro qua-dis syllaba voce colecta, caue legas trisyllabam collecta, mutata vocali è in consonantem.

## EPISTOLA PETRI POSTERIOR.

C A P. I. v. 3. Quæ ad virtutem & pietatem do-nata sunt. Correctores prætulerunt plurale sunt singulari est.

V. 4. Per quem maxima. Et hic prætulerunt masculinū quem, feminino quam & neutro quæ.

V. 8. Hæc enim si vobiscum adiunt. Alij libri lo-gunt: Hæc enim vobis cum adiunt.

V. 16. Non enim doctas fabulas secuti. Egregie Correctores, indoctas, quod vulgo legitur, emendarunt scribendo convarium doctas, quod est, e-riduitas seu artificios concinnatas.

Ibidem. Virtutem & presentiam. Et hic rectè emendarunt præsentiam, quod est, aduentum, à praesens, pro præscentiam, quod est, prouidentiam, à praescio.

C A P. I. I. v. 13. Coinquinationes & macula. Legendum est coinquinationes, primo casu nu-meri pluralis, non coinquinationis, secundo casu numeri singularis.

V. 18. Superba enim vanitatis loquentes. Pro superba adiungo, non scribas, addita vocali tertia, i, superbia substantium.

C A P. III. v. 13. Secundum promissa ipsius. Prepositionem secundum non vertas in con-iunctionem &c.

V. 15. Et Domini nostri. Non addas Iesu Christi.

## EPISTOLA IOHANNIS PRIMA.

C A P. I. v. 9. Ab omni iniquitate. Non o-mittas prepositionem ab.

C A P. I. I. v. 4. Qui dicit se nosse eum. Non mutes pronomen eum in nomen Deum.

V. 14. Scribo vobis infantes, quoniam cognoscitis patrem. Quod sequitur in manuscriptis co-dicibus: Scribo vobis patres, quia cognoscitis eum qui ab initio est, & totidem verbis præcessit supra v. 13. Sixtina Biblia omittunt. Lege Notationes nostras.

Ibidem. Scribo vobis iuuenes. Alij libri pro iuuenes scribunt adolescentes, vt supra v. 13. Nam & græc eadem vox repetitur & raro est.

V. 17. Et mundus transit & concupiscentia eius. Non est mutantum praesens transit in futurum transibit.

V. 18. Et nunc antichristi multi facti sunt. Non dum est adiectum superba, non substituendum substantium superbiam.

V. 22. Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus est Christus. Parres omiserunt negotiacionem non, quam alij proponunt verbo est posteriori.

CAP. III. v. 17. Et viderit fratrem suum necessitatem habere. Rectius legitur necessitatem quam neceſſe.

CAP. V. v. 7. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt: & tres sunt qui testimonium dant in terra. Sunt libri qui hoc solum legant: Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in terra, intermedia autem omnia omittant. Sed conqueritur, prefatione in catholicis epistolas, D. Hieronymus, ab infidelibus translatoribus, Patria Verbi ac Spiritus testimoniū omisſum.

V. 12. Qui habet filium, habet vitam: quin non habet filium, vitam non habet. Voci filium non addas Dei.

V. 13. Et haec est fiducia, quam habemus ad eum. Non scribas nomen Deum, loco pronominis eum.

## EPISTOLA IOAN- NIS II.

V. 11. Communicat operibus eius mali-  
gnis. Quod subiiciunt quidam libri, Ec-  
ce predixi vobis, vt in die Domini non  
confundamini, patres, et superfluum, præterierūt.

## EPISTOLA IOAN- NIS III.

V. 4. Maiorem horum non habeo gratiam. Non mutes maiorem gratiam cum maius  
gaudium, quod quidam faciunt.

V. 6. Qui testimonium reddiderunt charitati  
tua. Non omittas primum qui.

Ibidem. Quos, benefaciens, deduces dignè Deo.  
Non pauci boni libri, greci & cœtanæ, benefac-  
ties verbum, deducens participium legunt, contrâ  
ac Romana Biblia.

V. 9. Sed is qui amat primatum gerere in eis,  
Diophthes. Nominis huius proprij antepenultima  
litera est φ phi ad spirata, non π pi tenuis.

V. 10. Commonebo eius opera. Non scribas  
commoneam.

V. 11. Qui male facit, non vidit Deum. Non  
mutes nomen Deum in pronomen eum.

## EPISTOLA IVDAE CATHOLICA.

V. 3. Deprecans supercertari semel tradi-  
tae sanctis fidei. Nihil opus est affecta for-  
ma scribere supercertare: Interpres enim  
vobis est verbo supercertari, ut deponenti, quem-  
admodum alias.

V. 11. Vx illis quia in via Cain abierunt. Non  
mutes coniunctionem quia in pronomen qui.

V. 12. Nubes sine aqua, quæ à ventis circum-  
feruntur. Nec hic mutandum verbum circumfe-  
runtur in conferuntur.

V. 14. Prophetauit autem & de his. Non omit-  
tas medium &.

V. 15. Quæ locuti sunt contra Deum petcatores  
impie. Correctores maluerunt nomen Deum quam  
pronomen eum.

V. 16. Et os eorum loquitur superba. Seruan-

dum est adiectum superba, non substituendum est substantium superbiam.

V. 20. Superadificantes vosmetipſos sanctissi-  
mæ vestre fidei. Patres prætulerunt pronomen se-  
cunda persona vestra, pronomini prima persona  
noſtre.

V. 24. Immaculatos in exultatione. Caneo-  
nitas illud in exultatione.

## APOCALYPSIS.

CAP. II. v. 1. Angelo Ephesi Ecclesiæ  
scribe. Non preponas his verbis coniunctio-  
nem &.

V. 4. Sed habeo aduersum te. Non hic addas  
paucum.

V. 13. Et filios eius interficiam in morte. Non  
mutes asum sextum in quartum mortem.

V. 24. Vobis autem dico & cæteris qui Thyatiræ  
estis. Correctores indicarunt non omittendum me-  
dium &

V. 24. Et qui non cognoverunt altitudines fata-  
næ. Primum & a Patribus additum est, & nomen  
altitudinis scriptum ab eis est numero plurali, pro-  
eo qui à perisse minus recte legitur singulari al-  
titudinem.

CAP. IV. v. 12. Et ostendam tibi quæ o-  
portet fieri ostēthæ. Et statim sui in spiritu. Nec  
addas citio me posthæ, nec constitutas posthæ  
initium proximi versus, nec denique omittas & an-  
te statim.

CAP. V. v. 10. Et regnabimus super terram.  
Non facilè mutes personam primam in tertiam re-  
gnabunt.

CAP. VI. I. v. 3. Ut daret de orationibus  
sanctorum omnium. Non omittas prepositione de.

V. 5. Et accioit angelus thuribulum. Non ad-  
das aureum.

V. 12. Et nocti similiter. Non mutes genitium  
indatuum nocti multoq; minùs in nominativum  
vel ablativum.

CAP. IX. v. 5. Et datum est illis ne occide-  
rent eos. Cane, pro datum à do, legas dictum à  
dico.

Sequitur: Sed vtriciarent mensibus quinque.  
Actuum cruciaren non est mutandum cum passi-  
us cruciarentur.

V. 18. Deigne & effumo & sulphure. Non le-  
gas ex loco posteriori.

CAP. X. v. 1. Et pedes eius tamquam col-  
lumna ignis. Non mutes plurale columnæ in sin-  
gulare columnæ.

CAP. XII. v. 1. Et in vtero habens clama-  
bat parturiens. Non preponas coniunctionem &  
verbo clamabat, nec preteritum imperfectum clama-  
bat vertas in praesens amat.

V. 3. Et in capitibus eis. Non scribas suis pro-  
eius.

V. 6. Ut ibi pascant eam Legendum est pascant  
numero plurali, non pascant singulari.

CAP. XIII. v. 10. Quid in captiuitatem du-  
xerit, in captiuitatem vadet. Correctores prætule-  
runt futurum vadet presenteadit.

V. 15. Et faciat ut quicunque. Nihil opus est  
faciat mutare, aut in praesens sit, aut in futurum  
faciet.

CAP. XIV. v. 5. Sinenacula enim sunt  
ante thronum Dei. Non facilemittendum est il-  
lud ante thronum Dei.

V. 7. Qui fecit calum & terram, mare & fontes  
aquaarum. Non interponas & minia que in eis  
sunt, inter mare ac & fontes aquarum.

CAP. XV. v. 3. Iustæ & vera sunt via recta  
Rex seculorum. Non addas Domine ante Rex.  
Pro seculorum, quidam libri scribunt sanctorum,  
prout est græcæ.

V. 5. Vestiliino mundo & candido. Legendum  
est lino, ex quo sicut vestes lineæ, non lapide, ex quo  
vestes fieri nequeunt.

CAP. XVI. v. 2. Et abiit primus. Non ad-  
das angelus, sed subaudias.

V. 5. Et audiū angulum aquarum dicentem.  
Cane loco aquarum legas numerum quartum.

V. 7. Et audiū alterum ab altari dicentem. Non  
est omittendum ab altari, quod Romani Parres re-  
stiterunt ex veteribus manuscriptis.

V. 13. Spiritus tres immundos. Non addas ver-  
bum exire.

CAP. XVIII. v. 4. Et inaurata auro. Est hic  
vitium typographicum in Romanis Bibliis, ubi  
scriptus est ablativus inaurata, pro nominatio-  
nem faminio inaurata; vocalis in qua quarta pro  
prima.

Ibidem. Plenum abominatione & immunditia.  
Non scribas secundum casum pluralem abomina-  
tionum, pro sexto singulari abominatione.

CAP. XVIII. v. 13. Et cinnamomum. Non  
addas & anomum.

V. 15. Mercatores horum qui diuines facti sunt.  
Pronomen horum non mutes in nomen hominum.

CAP. XIX. v. 1. Post hæc audiū quasi vo-  
cem turbarum multarum. Cane scribas tubarum,  
quod est, buccinarum, pro turbarum, quod est, po-  
pularum.

Ibidem. Salus & gloria & virtus Deo nostro est.  
Romani Correctores merito scripserunt salus, quod  
est prosperitas, pro eo quod vulgo legitur laus.

V. 6. Et audiū quasi vocem turbe magnæ. Le-  
gendum est turba, non tuba, quod est buccina.

V. 15. Et de ore eius procedit gladius ex vtraque  
parte acutus. Non est omittendum ex vtraque par-  
te, quod Correctores consuleb addendū censuerunt.

V. 20. In stagnum ignis ardenti sulphure. Non  
intericias coniunctionem & ante sulphure.

CAP. XX. v. 11. Et locus noui est inuenitus  
eis. Non preponas prepositionem ab dativo eis.

CAP. XXI. v. 4. Quia prima abierunt. Non  
est commutanda coniunctione quia cū relatio quæ.

V. 12. Et in portis angelos duodecim. Cane pro  
angelos, quod significat cælestes nuncios, legas an-  
gulos, id est, vocalis quintam pro secunda.

V. 23. Nam claritas Dei illuminauit eam. Non  
est mutandum præteritū illuminauit in futurum.

CAP. XXII. v. 1. Et ostendit mihi fluum  
aque vitæ. Nomen substantiū vitæ, non est com-  
mutandum cum adiectivo vita.

V. 5. Quoniam Dominus Deus illuminabit il-  
los. Retinendum est futurum illuminabit, non fa-  
cile substituendum praesens illuminat.

V. 9. Et eorum qui seruant verba prophetæ li-  
bri huius. Correctoribus visum est, non omittendū  
nomen prophetæ, quod à multis libris ad-  
ditur.

V. 11. Et qui iustus est, iustificetur adhuc. Non  
pauci libri habent, iusticiam faciat adhuc. Graeca  
similiter variant.

## ERRATA.

Iofue 19. v. 15. superfluunt tres lineæ, incipientes  
ab his verbis: Scriptum est enim letala, & finientes his:  
nullus est autoritatu.

Ecole. 10. v. 1. parva est ad tempus stultitia, lege,  
parva & ad tempus stultitia.

Ecli. 19. v. 24. media inter & est, lege, media inter  
est & qui.

## FINIS.



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
APVD IOANNEM MORETVM.  
M. DC. III.







